


Casa  
Gab  
E  
Ta  
N.º

H-A  
28  
9



Handwritten signature in cursive script, possibly reading "L. de M. Marguerite de la Roche".



N. B.

Neste volume ha tres obras de Mano do Valle

H-A

28

9

EMMANUELIS  
ALVAREZ  
SOLANI A' VALLE,  
I. C. LUSITANI

H-A  
28  
9  
81

EMMANUELIS  
ALVAREZ  
SOLANI A' VALLE,  
JURIS CONSULTI LUSITANI  
COMMENTARIA

<sup>A D</sup>  
FODINARUM  
REGIMEN.

ADYBENTIS, CETERISQVE IN FORO VERSANTIBUS



LISIPONAE OCCIDENTALE  
EX AENODRAPHIA ANTONII DE SOLSA & BELLA

M. DCC. XXIX.

Sumptibus Auctoris, in aedibus J. J. de S. J. de S. J.

EMMANUELS  
ALVAREZ

SOLANI A VALLE  
J. C. LUSTANI

EMMANUELS  
ALVAREZ

SOLANI A VALLE  
JURIS CONSULTI LUSTANI  
R. COMMENTARIA

EMMANUELS  
ALVAREZ  
ORDINE



ULYSSEONE OCCIDENTALI  
EX TYPOGRAPHIA ANTONI DE SOUSA & FILII

M. DCC. XXXX

Impressum in ...

EMMANUELIS  
ALVAREZ

H-A  
28  
9  
B)

SOLANI A' VALLE,

J. C. LUSITANI

OLIM IN HELVENSIS CIVITATE PATRIA SUA, NUNC VERO  
IN HAC CURIA, EJUSQUE SUPPLICATIONIS SENATU  
Advocati Celeberrimi.

COMMENTARIA

A D

FODINARUM

REGIMEN.

IN QUIBUS, QUÆ DE FODINIS NECESSARIA, AC UTILIA  
sunt ad controversias forenses decidendas, plenè discutiuntur, multaque  
alia obiter explanantur, prout Elenchus materialium, omniumque  
Gnomologia Indicant.

OPUS SANE

ADVOCATIS, CÆTERISQUE IN FORO VERSANTIBUS  
*Admodum utile.*




ULYSSIPONE OCCIDENTALI.

EX THYPOGRAPHIA ANTONII DE SOUSA A' SYLVA.

M. DCC. XXXIX.

*Sumptibus Authoris, cum facultate Superiorum.*

**EMMANUELIS**  
**ALVARUS**  
**SOLENI A VALLE**  
**QUESTIUM QUAE IN QUORUM HUIUS REI**  
**OLIM IN HELVENSI CIVITATE PATRIA SUA, NUNC VERO**  
**IN HAC CURIA, EIUQUE SUPPLICATIONIS SENATU**  
**COMMITTARIA**  
**AD**  
**RODINAM**  
**REGIMEN**  
**IN QUIBUS QUAERITUR DE RODINIS NEGOTIARIA, AC UTILIA**  
**OPUS SANAE**  
**ADVOCATIS, CETERISQUE IN FORO VERINANTIBUS**  
  
**ULYSIPONE OCCIDENTALI.**  
**EX TYPOGRAPHIA ANTONII DE SOUSA A. SYLVAE**

M. DCC. XXXIX.

Sumptibus Auctoris, cura facultate Superiorum.

H-4  
20  
B)





# ELENCHUS

QUÆSTIONUM, QUÆ IN QUOLIBET HUIUS REGIMINIS.  
§. ejusdemque commentaris comprehensa sunt ordine alphabetico  
compositus.

- I.  
**D**E alienatione Datarum. §. 11. pag. 39. & *ibi* comment.
- II.  
De aquis fodinis necessariis. pag. 84. & 85.
- III.  
De auri transportatione. pag. 44. & 45. & § 29. & ejus comment. pag. 74. & seqq.
- IV.  
De auri creatione. §. 19. & ejus comment. pag. 50. & seqq.
- V.  
De auri adulteratione. comment. ad §. 21. pag. 61.
- VI.  
De cambij literis. pag. 74. & seqq.
- VII.  
De Cancellariæ transitu. §. 33. & comment. pag. 84.
- VIII.  
A carceratione quando incipiendum, quibusque in casibus ea utendum sit? §. 1. & ejus comment. pag. 4. & 7. cum seqq.
- IX.  
De cautione de non offendendo. §. 1. pag. 4. & ejus comment. pag. 8. & seqq.
- X.  
De accessoriis. comment. ad §. 23. p. 66.
- XI.  
De comercijs, ejusque forma in fodinis, vel alijs in locis. §. 14. 15. 16. 17. & eorum comment. pag. 40. & seqq. §. 21. & ejus comment. pag. 54. & 55. ubi de personis prohibitis in fodinis, & pag. 56. & seqq. & pag. 60.
- XII.  
De comminationibus. comment. ad §. 1. pag. 19.
- XIII.  
De commisso ob defectum culturæ quandoque ei locus sit? §. 8. & ejus comment. pag. 33. & seqq.
- XIV.  
De de fraudantibus vectigalia, & commissis ibid. §. 25. & ejus comment. pag. 67. & seqq. & §. 29. & ejus comment. pag. 74. & seqq.
- XV.  
Custos maior in fodinis de quibus cognoscere possit? §. 3. & ejus comment. pag. 22.
- XVI.  
Datarum forma. pag. 86.
- XVII.  
De dominio Datarum. comment. ad §. 19. pag. 53.
- XVIII.

## ELENCHUS

- XVIII. 21. pag. 58.
- De cultura Datæ Regi pertinentis. §. 22. & ejus comment. pag. 64. & seqq.
- XIX.
- De dividendis fodinis, mensurandisque. §. 5. & ejus comment. pag. 29. & seqq. §. 7. pag. 32. & §. 12. & ejus comment. pag. 39. & seqq. §. 20. & ejus comment. pag. 54. & §. 24. & ejus comment. pag. 66. & seqq.
- XX.
- De Officialibus eligendis ad fodinas necessarias. §. 2. & ejus comment. pag. 21. & §. 12. & ejus comment. pag. 39. & seqq.
- XXI.
- De experientia. §. 30. & ejus comment. pag. 76. & seqq.
- XXII.
- De Inventoribus fodinarum, illorumque præmiis pro se, suisque sociis. comment. ad §. 4. pag. 24. §. 5. & ejus comment. pag. 29. & seqq. & §. 6. pag. 31.
- XXIII.
- Judex fodinarum quomodo procedere debeat? comment. ad §. 25. pag. 68. & seqq.
- XXIV.
- De Jurisdictione Judicis fodinarum? §. 31. & ejus comment. pag. 79. & seqq.
- XXV.
- Lex à scriptura, & publicatione indigeat? Procemium, & ejus cōment. pag. 3.
- XXVI.
- De observatione legis. pag. 82. & 83.
- XXVII.
- De mandato custodiendo, promissioneque implenda. comment. ad §. 3. pag. 77. & seqq.
- XXVIII.
- De augmento monetæ. comment. ad §.
- XXIX.
- Nomina sua, personarumque quomodo Principes, ac Magnates edant. Procem; & ejus comment. pag. 3.
- XXX.
- An Officialibus fodinarum Datæ concedi possint, eisque, vel alijs similibus negotium licitum sit? §. 9. & ejus comment. pag. 34. & seqq.
- XXXI.
- Regimen quid, ejusque necessitate ad fodinarum conservationem. Procem & ejus comment. pag. 3.
- XXXII.
- De Registro Datarum? §. 13. & ejus comment. pag. 40. & §. 27. & ejus comment. pag. 73. & seqq.
- XXXIII.
- De examine rivorum à Judice fodinarum peragendo, vel inventoribus. §. 2. pag. 21. & ejus comment. d. pag. & §. 18. & ejus comment. pag. 49. & seqq.
- XXXIV.
- De rivis, seu amnibus. §. 23. & ejus comment. pag. 66.
- XXXV.
- De rixis inter degentes in fodinis sedandis §. 1. & ejus comment. pag. 4. & 5.
- XXXVI.
- De salariis? §. 10. & ejus comment. pag. 36. & seqq.
- XXXVII.
- De spolio in fodinis commisso, ejusque poenis. §. 4. & ejus comment. pag. 22. & 23. cum seqq.
- XXXVIII.
- De Thesaurario fodinarum, & ejus coadjutoribus. §. 26. & ejus comment. pag. 72. & seqq. & §. 27. & ejus comment. pag. 74.

# SENHOR.

**D** Iz o Baxarel Manoel Alvarez Solano do Valle Advogado da Casa da Supplicação, que Vossa Magestade a requerimento do Procurador da Coroa foy servido mandar dar vista ao mesmo do Commentario que o supplicante fez ao Regimento das Minas, e havendo-a com effeito deu a sua Approvaçãõ por escrito, exvi da qual se dignou Vossa Magestade mandar entregar ao supplicante o Original, que para o dito effeito se havia remetido; e porque lhe he preciso, e necessario o theor da ditta Approvaçãõ, e Censura, pois deve constar da mesma em o dito Livro.

*Pede a Vossa Magestade lhe faça merce, e graça de mandar se lhe passe por sertidaõ o theor da ditta Approvaçãõ, e Censura do Procurador da Coroa. ¶*

R. M.

P. naõ havendo inconveniente Lisboa Occidental de Novembro 7. de 1739.

D. Coelho.

**P** Edindo o Supplicante a Sua Magestade fosse servido concedelher o Privilegio, para que ninguem podesse imprimir o Livro do Commentario ao Regimento das Minas, se deu vista ao Procurador da Coroa, o qual requereo se lhe desse da propria impressãõ, mandando-se entre tanto recolher, e juntamente o Original para examinar se Author escrevera cousa, que prejudicasse aos Direitos Reaes; o que se mandou executar pelo Corregedor da Rua Nova; que remeteo o dito Original, e impressãõ á Meza do Dezembargo do Paço; e dando-le de tudo vista ao dito Procurador da Coroa; naõ teve este duvida, que corresse os dittos volumes, pois naõ encontravaõ os ditos Direitos Reaes; e se ordenou ao ditto Corregedor da Rua Nova fizesse restituir os volumes para correrem; e por constar de referido se passou ao Supplicante a prezente Certidaõ, em Lisboa Occidental a 16 de Novembro de 1739.

João Galvão de Castelbranco.





# REGIMENTO

DAS MINAS DO OURO,

De que se usa nas partes Ultramarinas do Reyno de Portugal.

## PROOEMIUM

*Eu ElRey faço saber aos que este Regimento virem que por quanto para a boa direcção, e governo da gente, que trabalha nas Minas, que hanos Sertoens do Brazil, a que mando assistir os Ministros deputados, e necessarios para ellas, he necessario, que estes tenhaõ Regimento, lho mandei dar na fórma seguinte.*

## COMENTARIUM

### SUMMARIUM.

- 1 Principes, Magistratus, & Magnates nomen suum edentes plurali locutione utuntur.
- 2 Quid importet talis pluralis locutio?
- 3 Lusitani Reges sola singulari locutione utuntur.
- 4 Rex à regendo dicitur.
- 5 An verbum ElRey à verbo Rey differat?
- 6 Inquo consistat talis differentia?
- 7 Post verbum Eu in presentiarum adjicitur nomen ElRey, ne in consonè dicatur- o Rey, Sylaba enim El pro O ponitur.
- 8 Reges nostri quando aliquid decer-

nunt, jussis suis varia nomina imponunt, vg. Alvará, Carta, &c.

- 9 Quæ suum protrahunt ultra annum effectum, expediuntur ita: Dominus Joannes, nomen que habent, Chartæ, vel Provisiones.
- 10 Quæ autem annum non egrediuntur, dicta Alvarás conficiuntur, scilicet, Ego Rex.
- 11 Cur Regimen nostrum incipiat per verba: Eu ElRey? à verbis regiminis hujus deduces.
- 12 Ob inconsuetam formam sunt nulla rescripta; excipe, quando contrarium vult Princeps.
- 13 Antiquitùs verbis: Fazemos saber, utebatur, sed hodie singulari numero.
- 14 Regis officium est urbes, atque homines rectè regere.
- 15 Respublica opus est legibus, non pluribus, sed paucioribus, cum inviolabili tamen observantia.
- 16 Solus Princeps leges condere potest.
- 17 Principum placita leges sunt.
- 18 Principum placita tunc obligant, quando vim coactivam important, quia aliter solùm exhortationem inducunt.
- 19 Inter cætera verba legem importantia adsunt hæc: Faço saber

- 20 Regimentum varias habet acceptio-  
nes, melius tamen utitur voce Re-  
gimen; n. 21.
- 22 Apud nos Regimen pro lege habetur,  
ita hic sumitur, & ut talis obser-  
vari debet.
- 23 Scriptura non est de legis natura,  
comprobatur, n. 24.
- 25 Non desunt tamen, qui contrarium  
sequantur, sed à prima opinione  
non est recedendum; n. 26.
- 27 Licet lex ad obligandum publica-  
tione indigeat, tamen per observan-  
tiam nobis præstat notitiam ad ef-  
fectum obligandi.
- 28 Frustra leges proferuntur, si non ad-  
sunt qui eas adaptent, igitur ad ob-  
servantiam Judices creantur, n. 29.

**E**U Licet Principes nomen suum  
edere intendentes in plurali loqui  
asserat *Cassian. in proem. Consuetud.  
Burgund.* Verbo notum facimus, et hoc  
modo uti Magistratus, & viri Illustres  
cæperunt, putantes, hoc magnificen-  
tiam, e contra verò *Peg. ad proemium  
Ord. Glos. 12. n. 2.* humanitatem singu-  
larem Majestatis decere: attamen Re-  
ges nostri Lusitani de anno 1524. non  
plurali, sed singulari numero se se, &  
nomen suum notum faciunt, leges, jus-  
sa, decreta que, & omnia similia scribi  
jubent, & ita decrevit primò Serenif-  
simus noster Rex Joannes hujus nomi-  
nis Tertius, ut testatur. *Cost. pagin. mibi  
120. Column. 1.* ubi placitum refert.

4 *El Rey.* Rex à regendo dictus est,  
cum res, & regni jura regere debeat,  
*Cabed. 2. p. decis. 8. per tot. Peg. ubi su-  
pra glos. 5. n. 1. & seqq.* ubi multa cumu-  
lat de hoc nomine.

5 An verbum- *El Rey* à verbo- *Rey*  
6 differat? mihi non differre videtur, &  
si aliqua differentia esse possit, in eo  
stare puto, nempe, verbum- *El Rey* Re-  
gem specificum, seu qualem esse in sua  
propria, individua que ac determinata  
persona demonstrare. Verbum autem-  
*Rey*, non ita individuum personam de-

signare, *verbi gratia*, quando de aliqui-  
bus nostri regni Regibus mentionem  
generalem facimus, dicere sufficit: *Os  
Reys deste Reyno*, quando autem de  
uno tantum; dicere necesse est v.g. *El-  
Rey D. Sebastião.*

Igitur in præsentiarum post ver-  
bum- *Eu*, ut individuo appareat, quis  
hæc persona sit prima, adjicitur- *El Rey*  
ne diceretur parum consonè- *O Rey.*  
Syllabaque illa- *El*- loco literæ- *O*- repo-  
sita manet.

Hic notare oportet, quod Reges 8  
nostri cum aliquid decernere inten-  
dunt, variis formis utuntur, varia quip-  
pe nomina eorum jussa sortiuntur, sci-  
licet, *Alvarà, Carta, Decreto, Desem-  
bargo, Portaria, Provisão, Peg. tom. 7.  
ad Regim. Senat. Palat. cap. 100. à n. 9.  
& tom. 12. ad Ord. lib. 2. tit. 40. glos. 1. &  
2.* Ex quibus illa, quæ suum effectum 9  
in futurum ultra annum conferunt, no-  
mine Regis proprio expedienda sunt,  
sic incipiendo: *Dominus Joannes*, &  
hæc dicuntur, *Charta, seu Provisiones.*  
*Peg. d. cap. 100. n. 11. & d. glos. 2. n. 3.* illa 10  
verò, quorum effectus annum non  
egreditur dicta *Alvaràs*, conficiuntur  
hoc modo: *Ego Rex*, *Peg. in loc. supr.  
citat.*

Unde dubitatione non caret, quòd 11  
Regimen nostrum in præsentiarum in-  
cipiat: *Eu El Rey*, cum ejus dispositio,  
uti legis præceptum, perpetua esse  
debeat; sed dubitatio hæc solvitur per-  
§. 33. hujusmodi Regiminis in verbis  
ibi: *E quero q̄ valha, posto que seu effei-  
to baja de durar mais de hum anno, e de  
naõ passar pela Chancellaria sem embar-  
go da Ord. lib. 2. tit. 39. & 40.* Ex quibus 12  
deducitur, quòd licet per viam regulæ  
rescripta nulla sint, si forma inconsueta  
scripta. *Peg. d. glos. 2. n. 1.* Limitatur  
hoc quando Princeps, prout in præ-  
senti, contrarium decreverit.

*Faço saber, &c.* antiquitús *Fazemos* 13  
*a saber*, sed in illo placito, de quo supra  
n. 3. apud *Cost.* singulari nomine uti de-  
cretum fuit.

- 14 Ex eo, quòd Rex à regendo dicitur, ejus proprium officium est urbes, atque homines benè regendo felices, ac beatos facere, cum aliis *Peg. ad promœm. Ord. d. glos. 5. n. 3.* & ut hic scopus
- 15 perficiatur, legibus in Republica opus est, *Portug. de donat. Reg. 2. p. cap. 10. à n. 7.* non plures tamen leges esse debent, sed pauciores cum inviolabili observantia, *idem Portug. d. cap. 10. n. 17. Guerreir. in 2. p. rubr. n. 23. & seqq.*
- 16 & n. 30. quas ferendi potestas soli Principi, tanquam una ex maioribus dignitatibus, competit. *Portug. supran. 4. & seqq. Illust. Petrus de Marca de concord. Sacerdot. & Imper. lib. 2. cap. 16.*
- 17 Unde provenit, Principum placita leges esse. *l. ult. cod. de legib. l. 1. ff. de constit. Princip. §. sed & quod. Instit. de jur. naturali. authentic. de Consulib. in fin. cap. ipsi sunt 9. q. 3. præter in dict. loc. communiter scribes, tenent Idem Illust. Petr. de Marc. d. cap. 16. lib. 2. Leuren. in jus Canonic. tom. 1. in questionib. preliminarib. quest. 7. Peg. tom. 10. ad Ord. lib. 2. tit. 35. in rub. cap. 1. n. 4.*
- 18 Ut hæc tamen placita, seu Principis voluntas subditos obligent, eis manifesta esse debent, non simpliciter, sed per verba, præceptum, & legem, seu vim coactivam importantia, alioquin consilium, exhortationem, vel desiderium importarent. *Castr. Pal. d. 1. p. 9. n. 1. Sanch. in decalog. lib. 6. c. 4. n. 27. & 66. Leuren. in jus canonic. sub tit. de constit. q. 71. n. 1. ubi, & numeris seqq.*
- 19 verba, seu signa, per quæ voluntas legislatoris, vim legis habens manifestantur, refert, inter quas hæc: *Faço a saber, quibus apud nos Princeps de voluntate sua nos certiores reddit, connumerari possunt.*
- 20 *Regimento, &c.* Regimentum apud *Aurel. Arcad. in l. unic. ff. de offic. Præfect. Prætor. pro regimine, rectione, seu administratione ad Imperatores translata sumitur teste Calvin. correcto in Lexic. liter. R. fol. mibi 799. column. 2. Gerhard. Feltm. ad d. leg. unic. & ita*

*usus fuit Amminian. Marcellin; sed lativè minùs benè, cum verbum Regimentum veluti semibarbarum à literatis rejectum sit Voss. 3. devit. Sermo latin. 41. igitur hujusmodi vocis loco, melius est uti voce, seu nomine Regimen, ita idem Felt. sup. n. 2.*

Sed apud nos *Regimen*, etiam legem, seu legis vim significat, & pro lege habetur, constat ex prologo *Ord. in fine*, & in hac significatione in præsentiarum sumitur, & uti lex, *Regimen* hoc observari debet.

Ut ei tamen observantia esset, scriptura non indigebat, cum ex natura legis scriptura non sit, uti tenent. *Abb. in rubr. de constit. n. 3. & ibid. Felin. n. 4. Soar. de Legib. lib. 1. cap. 11. in fine Azor tom. 1. tract. 4. cap. 2. n. 2. Sanch. de matrim. lib. disp. 29. n. 1. Gom. in l. 4. Tauri n. 2. Molin. de just. disp. 599. n. 1. Mascard. conclus. 845. n. 20. Menoch. de arb. cas. 426. à n. 25. cum mult. Fermosin ad rubric. de const. quest. 2. n. 11. Leuren. in jus canonic. ad eund. titul. quest. 70. cum alijs Peg. tom. 10. ad rubr. Ord. lib. 2. tit. 35. cap. 1. à n. 5. quæ sententia benè comprobatur, & patet ex præceptis lativè à Christo, & ab Apostolis tempore nascentis Ecclesiæ, quorum plura sine scriptura, ex sola prædicatione illorum obligare cæperunt, & probatur ex text. in cap. constitutionis 25. quest. 2. & ex d. §. sed & si, Instit. de jure naturali, & apud nos ex *Ord. d. tit. 35. lib. 2. ibi. A qual se chama mental por ser primeiro feita segundo a vontade, e tençaõ de El-Rey, &c.**

Non desunt contrarium dicentes, prout asserentes supra relati referunt, pro quibus facere videtur optima consideratio, nempe, quòd leges, ut obligent, promulgatione indigēt; qui enim legum sententiam ignorant, nulla religione ad observantiam teneri possunt, igitur præcipua cura post leges conditas apud Græcos, & Romanos, hæc fuit, ut publicè proponerentur, & tabulis, columnis, vel saxonibus affigerentur

rentur *Illust. Petrus de Marc. sup. d. lib. 2. cap. 15.* & apud nos publicatione in Chancelleria utitur. *Ord. lib. 1. tit. 2. §. 10.* ubi *Peg. & Barbos.* multa; qui effectus consequi nequit absque eo, quòd lex ad scriptum redacta sit, ut per se patet; qua quidem consideratione, (etiam si vera sit,) non obstante, à prima resolutione recedendum non erit; licet nanque lex, ut obliget, publicatione indigeat, cum publicatio scientia legis, vel modus eam consequendi sit, negamus, quòd alio modo scientia nobis non obveniat, scilicet, per observantiam, & practicam à Principe jussam, & recomendatam, patet ex *Ord. lib. 2. d. tit. 35. in princip. ibi...* *A qual em seu tempo se praticou, inda que não fosse escripta:* igitur, ut lex non scripta vim habeat, semper ejus notitia per alium modum desideramus ex *Novell. 66. ut facta nova constitutionis.*

28 *Assistit os Ministros, &c.* vanum enim esset, leges, vel statuta condere, nisi adessent qui jura reddere possent, & leges adaptarent: *Salas de Legib. disp. 6. sect. 2. Simanc. de Republic. lib. 5. cap. 1. Petr. Gregor. in eod. tract. lib. 4. cap. 5. Mastrilh. de Magistrat. lib. 1. cap. 1. n. 14. cum quibus Portug. de donat. 2. p. cap. 12. n. 1. ex quo statim post conditas leges Magistratus ad justitiam ministrandam introducti sunt. ex rub. §. 1. 2. ff. origin juris cap. 1. quæ sint regalia Borrell. de præst Reg. catholic. cap. 21. n. 21. Portug. sup. n. 1. & igitur Rex noster pro observantia, & praxi, & executione jussi in hoc Regimine, Magistratus, seu Judices, Officiales que decrevit, uti ex ipso patet.*

### §. I.

**O** Superintende procurarà saber cõ todo o cuidado, se ha discordias entre os Mineyros, ou outras pessoas, que assistem nas ditas Minas, de que rezultem perturbaçoens entre aquellas gentes, e porà toda a diligencia em as ata-

lhar, e no caso, em que lhe pareça ser necessario mandar prender alguma, ou algumas das pessoas, que forem motores de similhantes discordias, o farà, e os não soltarà sem primeiro fazerem termo de não entenderem hum com outro, e tendo commettido culpa, porque algum mereça mayor castigo, procederà como for Direi-

### COMMENTARIUM.

Ubi, multa de cautione de non offendendo, & de aliis prout in Summario.

### Ad §. I.

### SUMMARIUM.

- 1 Principes subditis viam aperire pacis, & præcludere indiscordiam ducentem tenentur.
- 2 Seditioes inter homines plurima mala producent.
- 3 Civitas in discordia beata esse non potest.
- 4 Quid discordia sit?
- 5 Seditioes vitare debentur, ideò Rex noster in presentiarum discordias abesse, & adesse concordiam jubet, n. 6.
- 6 Præsidis officium quietam Provinciam habere est, eam malis hominibus purgando.
- 7 Quod Judici nostro cuniculariorum injungitur.
- 8 Ex verbis Regiminis talis Judex tenetur procedere, etiam nemine petente.
- 9 Non obstat argumentũ deductum ex Evangel. Joan vers. 11. quia diversimodè procedit. n. 10.
- 11 Ex tali Christi factò non magis Deuter. quàm mercicundæ Judicio derogatur.
- 12 Ex verbis: mandar prender, supponitur aliquem carcerari posse, absque eo, quod aliam patiatur penam, quod juri repugnat. n. 13. ubi ratio assignatur.



- 14 Ad capturam justa causa requiritur, & qualis?
- 15 Cunicularius capi non videtur, si penam corporis pati non debet; contrarium tamen sequendum n. 16.
- 17 Carceratio non solum custodia, sed coerctio est.
- 18 A carceratione non incipiendum, nisi in casibus à jure expressis, sicut nostri text. casus est.  
In presenti carceratio est cogendi modus ad terminum de non offendendo peragendum.. ibid.
- 19 Judicis præceptum respiciens factum, per capturam perfici potest.
- 20 Rejicitur assertio Clari, & aliorum posita n. 14.
- 21 Ad capturam etiã proceditur, quando pecuniaria pena imponenda venit.
- 22 Contra publici status seditiosos severius procedi debet, ideò in presenti contra illos procedi jubet legislator.
- 23 Ob delicta in pago à multis commissa solum in authores inquisitio, & pœna cadere debet.
- 24 Quid cautio de non offendendo sit? n. 25.
- 26 An talis cautio inter civiles, aut criminales causas connumeranda sit? & n. 27.
- 28 Ad cautionem decernendam quis Judex competens sit? & n. 29. 30. & 31. 34. & 35.  
Ib: Cautio hæc sub se comprehendit conditionem hanc, scilicet, sicoram illo Judice teneat.
- 32 Judex metallorum civilem, ac criminalem jurisdictionem habet.
- 33 Exceptio declinatoria fori in processu super cautione ordinato admitti debet.
- 36 An hæc cautio conventionalis, vel judicialis sit?
- 37 An odiosa, vel favorabilis? & seqq.
- 38 Quid favorabile, quid odiosum dicitur?
- 39 Quid ex cautione de non offendendo proveniat?
- 41 An Judex ex officio suo rixantes ad cautionem de non offendendo obligare possit? & nn. seqq.
- 42 Officium Judicis quid sit?
- 44 Officium Judicis denegatio aliquãdo injuria est, & appellatio datur.
- 45 Et Judex ad damna, & interesse tenetur.
- 46 Ad partis instantiam Judex fodinarum, ad cautionem præstandam obligare rixantes tenetur.
- 47 Data prius justa causa, & timore justo interveniente,
- 48 Quid si justa causa non interveniat?
- 49 An citatio præcedere debeat? & nn. seqq.
- 52 An in diebus feriatis super cautione agi possit? & nn. seqq.
- 53 Necessitas, & in mora periculum multa permittunt.
- 54 Necessitas lege caret.
- 55 An cautio noctis tempore peti, ac concedi possit?
- 56 Nox dies Civilis est.
- 57 Nocte contrahi potest.
- 58 Omnia extrajudicialia nocte fieri possunt.
- 59 Notarius instrumentum nocte, absque hujus mentione, conficere valet.
- 60 Collatio beneficii nocte celebrari potest.
- 61 An ordinario, vel sumario modo, cautio petenda sit?
- 62 Qua forma petenda?
- 63 Adversus eam pars audienda, & ad id copia actorum ei præstanda est.
- 64 Quæ causæ justæ sint, ut cautio peti possit? referuntur, usque ad n. 82. & n. 112. in fine & n. 139.
- 65 Exemplis res clarior fit.
- 66 Causæ metum inferentes quæ sint? & n. 67. & seqq.
- 83 Vocatus ad cautionem præstandam quid allegare poterit? & nn. seqq.
- 86 Maritus uxori cautionem præstare tenetur, licet uxor adulterium commisisset.
- 88 An juramento petentis cautionem credendum sit?

- 89 An petens cautionem, hanc etiam præstare teneatur? & seqq.
- 92 An pacem ex parte sua observare teneatur?
- 94 Cautio, seu promissio de non offendendo quos comprehendat?
- 95 Quibus pœnis Judex uti potest adversus cautionem præstare recusantes?
- 96 An Judex securitatem pro præstita habere possit, & n. 104. & seqq.
- 97 Requisitus ad cautionem præstandam à tempore citationis eam observare tenetur.
- 98 Pro exequendis obligationibus facti quibus modis uti possit?
- 99 An hæc cautio cum fidejussoribus præstanda sit? & nn. seqq.
- 101 Furatoria cautio apud nos prohibita est.
- 102 Praxis legum optima interpret.
- 103 Apud nos praxis forensis juri cõmuni præfertur.
- 105 Cautio pignoratitia, vel fideijussoria pro præstita haberi nequit.
- 106 Verbum Satisfactio re promissionem comprehendit.
- 108 Cautionem frangens qua pœna puniendus?
- 111 Cautio quousque duratura erit?
- 112 Quibus modis cautio rupta dicatur? & n. 113. & seqq.
- 132 Quæ probatio sufficiat, ut cautio rupta dicatur?
- 133 A sententia, super cautione præstanda, lata, appellari potest.
- 134 Quæ sententia definitiva est.
- 135 Praxis agendi in hac Curia traditur, cum exemplo expellendi conductorem, vel inquilinum.
- 136 Sed impugnatur, & nn. seqq.
- 137 Pœna imponi, vel irrogari nequit nisi in casibus a jure expressis.
- 138 Jurisdictione carens pœnam imponere nequit.
- 139 Pœna per locatorem conductori comminari nequit.
- 140 Comminationes auctoritatem rei judicatæ non habent.

- 141 Debitori non solventi pœna dupli imponi non potest.
- 142 Ord. lib. 4. tit. 70. affertur, & traditur quid judicatum in simili. & nn. seqq.
- 143 Pœne conventionales quatenus peti possint?
- 144 Pœna cautionis ruptæ ordinaria via peti debet, sicut pœnæ aliæ comminatæ, & similes.
- 145 Conductor, vel inquilinus ad quid teneatur?
- 146 Judex fodinarum jus observare debet.

**P**rocurarà saber &c. cum Principes omnes teneantur aperire vias, quibus subditi melius in pace conserventur, & præcludere omnes in rixas ducentes, Guerreir. de divis. lib. 6. cap. 1. n. 9. cui scopo nihil magis oppositum, quàm discordiæ, & seditiones, ex quibus tot mala inter homines producantur, quot apud Scribentes passim leguntur, nec civitas in seditione beata esse potest, nec in discordia dominorum domus, ut dixit Cicer. lib. de sine boni, & mali, quia discordia civitati perniciofa est, accerrimus hostis, & ruina, hostis intrinsecus bellantium, & bellorum fomes, malorum genitrix, de quibus omnibus, & de alijs videndi Anton. Aug. part. 3. l. 39. tit. 2. Bobadilha lib. 3. polit. cap. 9. Pareja de edit. tit. 2. resolut. 6. n. 104. Gom. in l. 29. Taur. n. 2. vers. hodie & seqq. Scob. 2. p. de purit. quæst. 1. glos. 3. Peg. tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 58. §. 9. per tot. Solorsan. de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 17. n. 79. & seqq. Math. Brasch. de pace in scriptis. sect. 1. per tot.

Unde discordiæ, & seditiones vitari debent idem Scobar de purit. 2. p. q. 1. glos. 3. n. 21. & seqq. ubi de concordia multa digna refert, qua ratione ductus Rex noster in præsentiarum summo opere discordias supire, & subditos ad concordiam reducere jubet advertens, res parvas concordia crescere idem Scob. supra n. 7. optime idem Brasch.

cb. d. sect. 1. per tot. ubi multa de pace, & Herculan. de cautel. de non offendend. cap. 5. à n. 1.

6 Ex dictis, proprium est Præsidis officium, pacatam, ac quietam habere Provinciam, quam regit, ad id que, si opus fuerit, ipsam malis hominibus purgare tenetur l. 3. l. congruit. 13. ff. de offic. Præsid. Ord. d. lib. 1. tit. 58. §. 9. ubi

7 Barbof. & Peg. Et hoc idem in præsentiarū nostro Judici Cuniculariorū, vel aliorum in fodinis degentium injungitur, de quo simile extat exemplum apud Hassiacos, Boemicos, & Palatinos, ubi, tale edictum viget, quod refert. Krebs. de ligno, & lapide p. 2. class. 3. sect. 3. sub §. 13. qui sect. 11. §. 3. n. 3. ibi ait: Etenim magistris montium... est concessum, ut de rixis, quæ absque verberibus vulnera inferentibus inter metallicos suboriuntur (confirmat Carpsov. pr. crim. p. 3. q. 109. n. 26. 28. & 23.) cognoscāt, easque componāt, & dirimant.

8 Toda a diligencia... ex iis verbis, & aliis nostri text. cognoscat cuniculariorum, & fodinarum Judex, se ex officio procedere, etiam nemine petente, uti jura supra scripta probant, & de ducitur ex Ord. lib. 1. tit. 60 §. 14. & tit.

9 65. §. 37. Leitam fin. regund. cap. 2. n. 8. non curādo de objectione Coras. 7. miscell. 13. n. 3. Ex Evangel. Joan. vers. 11. quòd Dominus noster Jesus Christus dum in humanis degeret adulteram condemnare noluerit, quia à nullo rea postulabatur, respondetur nanque, Christum Dominum non venisse, ut potestatem publicam, aut imperium gereret, ipse enim alibi profitetur, Regnū suum ex hoc mundo non esse, apud eundem Evangelistam cap. 18. vers. 36.

10 Neque enim ex isto Christi facto magis derogatur legi Deuteronom. 22. vers. 22. quàm judicio familie ercis cundæ, cui se noluit immiscere. Luc. 12. vers. 13. Dominic. à Soto de just. & jure lib. 5. q. 1. artic. 2.

11 Mandar prender, &c. quibus verbis attentis, junctis alijs nostri text. infra

ibi: Etendo cōmettido culpa, porque algū mereça mayor castigo... certo supponitur, posse aliquem carceribus mancipare, absque eo, quòd pœnam aliam pati debeat; sed hoc contrarium juris dispositioni videtur, siquidē à captura in criminalibus nullo modo inchoandum est, nisi de crimine in famatus sit per aliquam, saltem summariam, probationem l. aut damnum. §. solent ff. de pœnis. l. verum. ff. de verborum signific. l. nullus in carcerem. 2. & in l. fin. cod. de exhibend, & transmit. reis. Ord. lib. 5. tit. 117. §. 12. & d. lib. tit. 129. in princip. tenent Hypolit. in præct. crim. §. attingant. n. 24. Cin. & Bald. in l. nullus cod. exhibend. reis. Boss. de captur. num. 3. Purpur. consil. 369. n. 6. lib. 1. Rojas de heret. 2. p. n. 1. Canteyr. in sua præct. q. 3. Faquin. controvers. juris lib. 9. cap. 55. Barbof. in l. 2. ff. solut. matr. 2. p. n. 34. Marant. de Ord. Judic. q. 16. art. 5. Reformação da Justiça §. 14. n. 168. tenent etiam Gom. Var. tom. 3. cap. 9. n. 1. Clar. in præct. §. fin. quest. 28. Scac. de judic. lib. 1. cap. 42. à n. 1. Cardos. in praxi verbo: carcer. n. 2. Farinac. de carceribus. q. 27. n. 38. & 39. & n. 120. 128. juncto n. 113. & n. 116. Conciol. resol. crimin. resol. 6. à n. 1. verbo: captura.

Deinde, ut ad capturam de venia- 14 tur juxta causa, (qualis delictum reputatur,) intervenire debet. Farin. d. q. 26. n. 37. adeò, ut juxta causa non sit, nisi delictū tale sit, ut pœna aliqua corporalis imponi possit. Clar. in præct. q. 28. in fin. princip. Bonacoss. cōmuni opinione p. 1. vers. captura ad hoc, ut committatur. Angel. de malefic. in verb. Judex commisit, quod Cayus. n. 4. Guasfin. de fens. 5. cap. 3. n. 14. pro quibus videtur stare etiam noster Card. d. verbo: carcer. n. 2. vers. si crimen sit tale. 15

Ex quibus, dicendum videbatur, Cunicularium capi non debere, si pœnam aliquam corporis affligentem pati non deberet. 16

Contrarium, tamen juxta nostri text. dispositionem, sequendum, proxime

mè consideratis non obstantibus, ex eo, quia carceratio non tantum est reorum custodia, sed etiam coercio, & correctio, ut Multi ex citatis dicunt; & licet ab ea incipiendum non sit, nisi in casibus a jure expressis; attamen casus, de quo in *text.* saltem per hunc à jure expressus est, & in præsentì carceratio modus cogendi vincitum, ad terminum de non offendendo peragendum est, ut in terminis tenent *Herculan. de cautione de non offendend. cap. 5. per tot. & cap. 44. n. 1. & seqq. & cap. 50. n. 29. cum alijs Farinac. quest. 107. num. 12. Guasin. defens. 11. cap. 1. n. 10. & 11. Sabel. tom. 5. in præct. §. offese n. 6. vers. Eche diragioni, & ita in Belgio testatur Christin. ad Leg. municipal. Mechlin. tit. 4. artic. 2. n. 2. in Francia Joh. Pappo in consuetud. Borbon, & Aymo tit. des assuremues art. 3. tenent Idem Guasin. de pace. p. 2. cap. 3. q. 6. n. 15. Gayl. de pace lib. 1. cap. 3. n. 7. Clar. in §. final. q. 47. n. 3. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 4. rub. 36. n. 5. Silv. ad Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. n. 31. & vide infra n.*

Toties quoties enim, executio præcepti Judicis factum respicit, Judex ad id perficiendum obligatum per capturam cogere potest, ut colligitur ex *l. qui restituere. 68. ff. de rei vindicat. ubi notat Bald. in 2. lectur. n. 4. Accurs. in l. Stipulatis. 21. §. Sive autem. verb. Sive ff. novi operis, quæ probat additio Claudij ad Barthol. ibi, & ejus sententiam communiter approbari sentit Jason in d. l. Stipulatio. n. 15. & Alciat. in l. Stipulationes non dividuntur. 72. n. 85. ff. verbor. obligat. Plot. de in litem jurand. §. 34. n. 5. Rebuf. in l. unic. cod. de sentent. verb. in alijs n. 28. Gutierrez. de jur. confirmat. 1. p. cap. 39. n. 5. Caccialup. in tract. de debitore suspect. quest. 11. n. 6. Coller. de process. execut. p. 1. cap. 6. ex n. 17. fundans ita Carleval de judic. tit. 3. disp. 3. n. 27. Parex. de edit. instrument. tit. 8. resol. 2. à. n. 2. ubi de carcerado instrumentū non exhibente.*

20 Nec sequenda est assertio Clari, &

Aliorum supra dicentium, ad capturam procedi non posse, nisi quando pro delicto pœna corporalis imponi possit, quia etiam quando pecuniaria solum imponenda venit, captura decerni potest, uti tanquam veriùs, illis reprobatis, tenent *Farinac. d. quest. 27. n. 40. Conciol. crimin. verbo captura resolut. 2. n. 1. qui alios referunt, quod comprobatur ex Ord. lib. 5. tit. 18. §. 2.*

*Motores, &c.* contra seditiosos, seditionum authores, seu duces, perturbatores que publici, ac pacifici status, semper severius animadversum fuit, de quo *Pereir. de man. Reg. cap. 61. n. 28. Farinac. quest. 113. à n. 176. & seqq. Ord. lib. 1. tit. 58. §. 9. ubi cum alijs Peg.* ideo in præsentì contra seditiosos, seu discordiarum authores rectè jussit Legislator procedi.

Ob delicta in pago aliquo commissa, non omnes, ibidem habitantes conveniri possunt, sed potius in tali casu in authores inquiri debet, ut in eisdem animadversione facta, metus ad omnes, pœna verò ad paucos perveniat *Cicer. in oratione pro Clucu Gædd. ad l. 17. de verbor. signific. Rosener ad Hercul. de caut. in cap. 50. ad n. 33. pag. mihi 468.*

*Fazerem termo de naõ entender hũ com outro, &c.* in his verbis assecuratio, seu cautio, vel promissio de non offendendo includitur, de quo aliqua adnotare libet, & in primis, quid securitas, seu cautio de non offendendo sit? *Guliel. Cun. in l. denunciamus 5. cod. de his, qui ad Ecclesiam, quem sequitur. Barthol. in l. illicitas 6. §. ne potentiores 2. ff. de offic. Præsidis sic definit... Est legitimum præsidium, quod per officium Præsidentis justè timenti datur; quam respuit Frænciscus Herculan. in tract. de caut. de non offendend. cap. 1. n. 1. ex eo, quòd genere careat, & indistinctè loquatur, cum hujusmodi cautio personam tantum respiciat, suam definitionem tradens, nempe... cautio de non offendendo est legitimum præsidium, quod justè timenti se offendi,*

per

per judicem conceditur; quæ quidem definitio rejicitur per *Andream Christophor. Rosenerum* ejus additionatorem *ad d. cap. 1. n. 2.* ubi suam præstat, scilicet, cautio de non offendendo est cautio idonea, qua justè timenti, vel ad ipsius instantiam vel Judice ex officio jubente, vel conventionaliter inter partes præstatur securitas ab eo, qui alterum offendere minatus est.

25 Relictis comprobationibus à *Rosener.* adductis pro defensione suæ definitionis, quæ quidem semper injure periculosa est *l. omnis definitio 202. ff. de regul. jur. §. ibi DD.* quia apud nos etiam pro damno in rebus imminenti assecuratio peti potest *Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5.* arbitror cautionem de non offendendo sic definiri posse: Cautio de non offendendo est promissio, seu assecuratio legitime facta justè timenti, vel ad ejus instantiam, vel Judice competente ex officio jubente, præstanda ab eo, qui alterum in persona, vel rebus offendere minatus est, vel alio modo eum id facere præsumitur, licet aliter definiat. *Gonçalv. à Silva ad Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. n. 2.*

26 Quæ quidem definitio consentanea nostro Juri Regio, & consuetudini illius in discursu apparebit, cum ejus vires dilucidaverim, quo supposito interrogabis, an hujusmodi cautio, seu promissio inter civiles causas, aut criminales connumerari possit? Respondeo inter criminales: *Herculan. de caut. d. cap. 1. n. 27. §. 28.* qui licet contrarium *numer. 29.* comprobare videatur, & indubius cogitandum relinquat, tamen *ibid. Rosener.* criminalem causam esse sequitur, quod probatur *ex Ord. nostr. lib. 5. tit. 128. §. 2.* quatenus ibi sermonem faciens de iudicibus assecurationem daturis eos, qui jurisdictionem criminalem habent, exprimit.

28 Ex quo sequitur, Judicem cognitionem tantum civilem habentem, competentem non esse, ut cautio, seu assecuratio coram eo peragatur, aliàs nul-

la erit, licet exceptio declinatoria opposita non fuerit *argumento text. in l. si fidejussor §. si quis ex his, ff. ne quis caut. quia talis promissio, seu cautio tacitam conditionem habere videtur, si tenet coram illo. ex notatis à Cyn. in l. sing. in fin. cod. de spons. Barthol. in authent. offeratur n. 2. cod. de libel. contest. idem Bartol. & Bald. in l. quidam consulebant ff. de re judicat. Doct. in l. 1. ff. si quis injus vocat. non, & in l. si convenierit 18. ff. de pign. act. ut in satisfactione judicatum solvi Barthol. scribit in l. vir bonus 18. n. 4. ff. Judic. sol. Alex. in d. l. quidam consulebant, quod ita fundat *Herculan. d. tract. de caut. cap. 47. n. 1. §. 2. Farinac. quest. 107. p. 1. art. 2. n. 24.* Ideo benè in nostra definitione diximus... Judice competente, & ille competens erit, cujus jurisdictioni subest, qui ad cautionem præstandam cogi potest. *Bonfin. in Banniment. generalib. tom. 2. cap. 68. n. 50. Guazin. de pace, & treug. p. 2. quest. 13. n. 1. §. 3. Baron. de effectib. inimicit. effect. 112. n. 11. Raynald. observat. criminal. tom. 3. cap. 25. §. 1. n. 33. Silv. ad Ord. d. lib. 3. tit. 78. §. 5. n. 8.**

Limitatur primò ubi propria sponte aliquis hanc cautionem dedisset. *argum. not. per Imol. in cap. Monasterium column. 2. extra de re judicat. Alex. in d. l. quidam, & Jason in l. si convenierit ff. de jurisd. omn. Judic. ita Herculan. proximè n. 3. Guazin. de pace p. 2. quest. 27. n. 2. Raynald. observat. com. tom. 3. cap. 25. §. 1. n. 75. Silv. ad d. Ord. §. 5. n. 16.*

Limitatur secundò, quando declinatoria non esset talis, quæ respiceret inhabilitatem quoad agendum, & conveniendum, & ideo forensis licet non opponat, tenebitur, & ita in cautione de *Judicio sisti* scribit *Paris. lib. 1. conf. 48. col. 1. prout ait id. Herculan. supra n. 4. §. 5. qui cap. 12. agit quando forensis in patriam timentis veniens cautionem præstare teneatur? de quo videndi Barthol. & Angel. in l. sed et si susceperit §. final.*

*final. ff. Jud. Felin. in rubric. de treug. & pace n. 17. Petr. à Plac. epit. de liētor. lib. 1. cap. 7. Silv. d. §. 5. n. 10.*

31 Limitatur tertio respectu ipsius fideiussoris. *Paris. d. cons. 48. & Herculan. supra n. 6. §. 7.*

32 Ex traditis inferitur primo, nostrum Judicem cuniculariorum, & fodinarum, tum civilem, tum criminalem notionem habere.

33 Inferitur secundo, quod in hac causa de promissione de non offendendo exceptio declinatoria opponi potest, ut satis ex dicendis infra, ultra jam dicta, probabitur.

34 Inferitur tertio, quod Judex Ecclesiasticus ad cogendum saecularem competens non est, vel è contra. *cum multis Silv. ad d. §. 5. n. 11. & seqq.*

35 Quod cautio praestari debeat à Clerico in foro saeculari, quando eam ille petierit à laico in eodem foro. *Imbert. Instit. for. lib. 1. cap. 24. Aufrer. decis. Tholos. 439. Paul. Christin. d. decis. 50. n. 4. Guaz. de pace, & cet. p. 2. §. 3. quest. 14. n. 12. & quest. 17. n. 11. & q. 27. n. 3. & seqq. Sabel. §. cautio 10. n. 16. vers. an. sit &c.*

36 Interrogabis etiam: an hæc cautio, seu promissio conventionalis, vel judicialis sit? respondetur quod si partes extra Judicium convenerint, conventionalis erit, si verò apud Judicem, judicialis; ita concludit *Herculan. d. cap. 1. n. 25. & additio ad eund. cap. ad n. 24. & probari potest ex rubric. & nigr. nostræ Ord. lib. 4. tit. 70.*

37 Interrogabis iterum: an hæc promissio de non offendendo odiosa, vel favorabilis judicari debeat? Respondeo, odiosam esse, & propterea restrictione dignam, & strictè interpretandam scripsisse *Ancharant. cons. 52. Joann. Andr. in reg. frustra ff. de regul. jur. in mercurial. Barthol. in l. licitatio §. quod illicitas ad fin. ff. de publican. Corn. cons. 167. column. penult. lib. 3.*

38 Sed quia id favorabile dicitur respectu finis, & finis principalioris diver-

so respectu, odiosum dici potest juxta scripta per *Dec. in l. venia cod. de in jus vocand; & reliqui scribentes, & DD. in l. 1. ff. solut. matrimon. & scribitur per Tiraquel. in præfact. tract. de retract. n. 64. de quo multa cum multis Scob. depuritat. 1. p. quest. 3. §. 2. à n. 38. & quia etiam per cautionem de non offendendo, uti maleficiis occurritur, utilitas publica concernitur, pax, & quies publica, concordia que conservatur. *Hercul. d. cap. 1. n. 6. materia favorabilis videtur ex l. ita vulneratus. 51. ff. ad leg. Aquil. Barthol. in l. 2. §. exercitum. ff. de his, qui notantur infamia, & in l. quemadmodum. 7. cod. de agricol. & censit; & latè Cagnol. in reg. in omnibus ff. de regul. juris. uti fundat Hercul. ubi supra d. cap. 1. à n. 33. dicendum videbatur quod cum agatur de cautione præstanda, materia favorabilis sit, cum verò de data jam, & pæna infligenda, odiosa, & restrictione digna ex l. penult. ff. de pæn. & notata per Socin. lib. 3. cons. 117. column. fin. Hercul. d. cap. 1. n. 35. de quo videndus. Guaz. de pace, p. 2. §. 3. q. 1. & seqq. Farinac. d. quest. 107. à n. 396.**

Et ideo, quia à princip. favorabilis est, Judex eo officio nobili, nemine petente, quando periculum imminere videt, ne partes se ad invicem offendant, easdem etiam invitatis ad præstandam cautionem, de se invicem non offendendo, cogere potest. *Barthol. & DD. in l. congruit ff. de offic. Præs. & melius in l. illicitas, §. ne potentiores ff. eod. Idem Barthol. in l. capitalium §. ad status, ff. de pæn. Alberic. in l. equissimum, ff. de usufrut. Petr. à Plac. in epitom. de delict. lib. 1. cap. 7. n. 1. in fine Gom. variar. tom. 3. cap. 6. n. 16. post medium, vers. extende. Clar. in præct. §. final. quest. 47. n. 3. & vers. sed nunquid, & ibi, Bajard. n. 17. Franch. decis. 359. Vulpell. de pac. quest. 73. Hieronym. de Mont. quest. 7. à n. 1. Herculan. de caut. cap. 1. n. 4. & seqq. & ibi Rosener. cum alius Farinac. q. 107. n. 11. Menoch. de arbi-*

arbitr. lib. 2. cas. 139. & seqq. Aylon ad Gom. sup. in d. cap. 6. n. 17. And. Gail de pace publica lib. 1. cap. 2. n. 1. & seqq. August. Barbof. ad text. in l. denuntiamus 4. cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.

42 Officium Judicis in hoc casu nobile est, quod ex æquitate, vel proprio motu, vel ad nudam implorationem nulli speciali actioni interveniens, exercetur. ex l. 38. ff. de heredit. petit. l. 82. §. 2. de legat. 1. §. 9. Instit. de legat. Guerreir. de inventar. lib. 2. cap. 2. n. 2. & 3. (quem vide, & ab eo citatos de officio Judicis nobili, vel mercenario, ) & ita in specie dicunt. Herculan. de caut. d. cap. 1. à n. 4. & ibi. Rosener. Igitur arbitrator, Judicem nostrum fodinarum, etiam nemine petente, ex ejus officio nobili cunicularios ad pacem, & assecurationem cogere posse, & ad id teneri, quod satis mihi probatur ex verbis nostri text. ibi: Procurará saber com todo o cuida- do, &c. & ibi: O fará, e os não soltará. ideoque bene in definitione nostra diximus. ex officio.

44 Quando que officium Judicis denegare injuria est. l. 1. §. penult. ff. de aqua quotid. & estiv. ex quo appellatio datur. l. 1. cod. si sepè in integrum restitut. postul. Barthol. & alij in l. 2. col. 3. ff. de jurisd. omn. Judic. Si Judex nolter cuniculariorum, & fodinarum ad concordiam eos non coegerit, injuriam committit, ad interesse tenetur, & in syndicatu ei in culpam imputatur Paris. lib. 4. conf. 168. Ripa divers. rescript. resp. 9. Herculan. de cautel. cap. 3. n. 5. & cap. 50. sub n. 32. Farinac. d. quest. 107. n. 15.

46 Ex quibus multo fortius Judex fodinarum ad instantiam alicujus infodinis degentis ad cautionem, seu assecurationem de non offendendo cogere potest. Barthol. in l. Sanctum 8. ff. de rerum divis. & in l. denuntiamus (ubi etiam Salicet) cod. de his, qui ad Ecclesiam confug. & in l. qui bona 13. §. si pars ff. de damno infecto, in l. illicitas. §. ne

potētiores ff. de officio Præsidi. Bald. in l. fin. ff. de offic. Præfetti urb. & in authent. habita, cod. ne filius pro patre column. 5. Felin. in rub. de treug. & pace. Afflict. decis. 140. Paris. lib. 4. decis. 168. Marrant. de ordin. Judic. 7. p. tit. de satisfat. Florian. in l. æquissimum in Principe ff. de usu fruct. Conrad. in pract. §. 1. n. 10. Petr. à Plac. in epitom. aelict. lib. 1. cap. 7. n. 1. Gail de pace public. lib. 1. cap. 2. à n. 1. cum aliis. Gom. var. tom. 3. d. cap. 6. n. 16. & ibi Aylon Herculan. de caut. cap. 3. n. 1. & ibi Rosener. Farinac. d. quest. 7. n. 14. probatur ex Ord. nostr. lib. 3. tit. 129. ex quibus bene diximus in definitione. ad ejus instantiam. quo in casu videtur officium Judicis conditioni mihi competenti ex d. l. denuntiamus cod. de his, qui ad Ecclesiam. deservire, uti ait Herculan. in tract. de caut. cap. 1. n. 6.

Ad simplicem tamen partis instantiam Judex se movere nequit statim ad assecurationem, seu cautionem istam præstandam, sed tantum quando justa causa, justus ve timor cognitus, & probatus adfuerit: ut cum alijs tenent. Herculan. de caut. d. cap. 1. n. 8. & seqq. & cap. 3. n. 6. Barthol. in d. l. capitalium §. ad statuas. ff. de pæn. & in l. illicitas. §. ne potentiores, ff. de officio Præsidi. Gayl. de pace public. lib. 1. cap. 2. n. 3. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1370. n. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 139. & seqq. Vulpell. in tract. de promiss. de non offendend. quest. 74. à n. 2. Nata tom. 3. conf. 616. à n. 2. Guaz. de pace §. 3. quest. 7. n. 1. & seqq. p. 2. Franch. decis. 50. n. 3. Sanfelic. decis. 142. Bonfin. in banimngen. tom. 2. cap. 68. sub. n. 2. cum alijs Farinac. d. q. 107. n. 16. Urceol. cap. 41. à n. 24. Sabel. §. cautio, sub n. 16. Conciol. ad stat. Eugub. rub. 36. lib. 4. n. 3. Silo. ad nostram Ord. lib. 3. d. tit. 78. §. 5. n. 3. quod probatur ex d. Ord. in d. §. 5. ibi: Será inserta, e declarada a causa veresimel, e razoada., & ex Ord. lib. 5. tit. 128. in princip. ibi: For informada, tenent Cabed. 1. p. decis. 29. n. 1. & seqq.

*Leytão de Jure Lusitano tract. 2. q. 2. sub n. 1. Silv. ubi supra. Igitur Judex fodinarum sine justa, & probata causa ad præstandam assecurationem procedere non debet, cum formam juris observare teneatur, uti verba nostri text. in fine decantant ibi: Procederã como for Direito, ubi, Deo dante, dicemus.*

48 Si nulla præcedente causæ cognitione, Judex procedat, injustitiam facit, & propterea parti ad interesse tenetur, in culpam in syndicatu ei imputari potest, cautio que metu exorta dicitur, ex ea ad pœnam actio non oritur, Judici justè resisti potest, sed melius erit ab eo ad superiores appellare; prout dicunt *Paris. lib. 4. cons. 168. n. 8. & Herculan. de caut. cap. 3. n. 5. Conciol. verbo cautio de non offendend. resolut. 7. n. 6. Farin. d. quest. 107. n. 21. Urceol. d. cap. 41. n. 27. Silv. ad Ord. d. §. 5. n. 5. ideo bene diximus in definitione nostra: Legitima facta, juste timentis.*

49 Sequitur ex dictis, quòd ad hoc, ut cautio legitimè facta dicatur, & causæ cognitio interveniat, citatio partis prius præcedere debet. *ex l. in causæ §. causa ff. de minorib. §. l. 2. §. si dubitetur ff. jud. tenent in specie. Barthol. in d. l. illicitas §. ne potentiores ff. de officio Præs. Felin. in rubr. de treug. & pac. n. 10. Paris. d. lib. 5. cons. 168. Vulpell. de pace q. 74. n. 2. Herculan. de caut. cap. 3. n. 8. & ibid. Rosener. cum alijs Farinac. d. q. 107. n. 18.*

50 Limitatur primò apud nos respectu Prætorum Curialium, qui absque partis citatione, vel causæ cognitione, securitatem concedunt ad partis simplicem, sed rationabilem, & veresimilem petitionem, remittendo cognitionem ad Præsidem Provinciale, vel Judicem municipale. *ex Ord. lib. 1. tit. 7. §. 20. juncta Ord. lib. 5. tit. 129. §. 1. Cabed. 1. p. decis. 29. n. 5. Silv. ad Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. n. 6. Sed quia semper cognitio causæ coram Judicibus municipalibus intervenire debet, & ad id*

citatio præcedere, hæc limitatio potius modus præcedendi, quam fallentia dici debet.

Limitatur secundò, quando periculum esset in mora, & offensio immineret, aut pars de qua timetur, aufugeret, vel quando inimicitia, & causæ notoriae sunt, vel generaliter quando discretus Judex videt, quod adhibendo causæ cognitionem, occasio calumniae datur. tenent *Herculan. de caut. cap. 3. n. 10. & 11. & hinc Rosener. id. Herculan. cap. 42. sub n. 28. Clar. in præf. §. final. quest. 47. vers. sed nunquid, Farin. d. quest. 107. n. 19.*

Quo periculo existente etiam in diebus feriatis in commoditatem hominum, & in honorem Dei, ad securitatem præstandam procedere Judex poterit. *argum. cap. final. ubi DD. de Judic. cap. final. de fer. leg. omnes 3. cod. de fer. in specie tenent Herculan. d. cap. 3. n. 13. & seqq. & ibi Rosener. necessitas namque, & periculum in mora multa non concedenda permittunt, l. 1. ff. de damn. infect. Herculan. proximè n. 17. Unde vulgare est, necessitas lege caret cap. 4. de consuet. cap. 2. de observat. jejunii, l. 10. in fine de excus. Mev. de excus. Levam. inop. debit. cap. 1. n. 168. Fine Kelthaus obs. 7. n. 4. Rosener. ad Herculan. dict. cap. 3. ad num. 14.*

Eodem periculo, & necessitate suppositis, etiam de nocte cautio nostra peti potest, accedente, quòd nox dies civilis est, & nocte contrahi potest. *DD. in l. non minorem 20. cod. de transact. l. more ff. de fer. Alex. lib. 6. cons. 190. Tiraquel. de retract. §. 1. glos. 11. ubi latè Ferret. in tit. de feriis in specie Herculan. d. cap. 3. n. 15. & ibid. Rosener. licet non omnia, quæ de die fiunt, de nocte fieri possint: ut ait idem Rosener. fieri tamen valent omnia extrajudicialia. Bruneman. ad l. non minorem 20. cod. de transact. idem Rosener. proximè. Sicut Notarius instrumentum absquè ulla noctis mentione conficere potest*



potest *Tiraquel. d. glos. 11. n. 8. Petr. Barbof. in l. 1. ff. solut. 2. p. n. 11. Rosener. ubi proximè, & collatio beneficii etiam uocè fieri potest, Felin. in cap. consulit de offic. delegat. column. ult. Selu. de benefic. 3. p. quæst. 17. Petr. Barb. ubi proximè.*

61 An ordinario modo, seu summarie cautio, seu assecuratio petenda sit? Utile scire est, in qua quæstione mihi dicendum videtur summarie agendum fore; attenda *Ord. d. lib. 3. tit. 78. §. 5. & d. lib. 5. tit. 129 in princip.* Forma autem erit, timens se offendi petitionem suam in scriptis porriget, causas sui iusti timoris proferens, offerensque in probationem deducere, parte citata, & audita; vel in jus vocando adversarium suum ad cavendum, vel faciendum præceptum, seu terminum de non offendendo, quo casu citatus comparendo allegare quidquid sibi videbitur ad suam defensionem poterit, ad quod copia danda ei est, suspensa interim termini confectione (ea ratione, quam infra n. 97. præstabimus) tenet cum aliis *Farinac. d. q. 107. subn. 18.* & hac ultima praxi apud nos crebè uti videmus.

64 Quæ autem justæ causæ ad cautionem, seu assecurationem præstandam sint? Certa atque indubitabilis conclusio est, quòd Judicis prudenti arbitrio relinquatur: tenent *Barthol. in l. hac autem in princip. ff. si cui plusquam per legem falsidiam Abb. in cap. 1. de offic. delegat. column. 1. Felin. in rubr. de treug. & pace n. 14. Boeri decis. 100. Petr. à Plac. in epit. delict. cap. 7. num. 1. Gayl. de pace quæst. 74. n. 4. Mascard. de probat. conclus. 1370. n. 3. Bajard. ad Clar. q. 47. §. final. n. 15. Menoch. de arbitr. cas. 139. & seqq. lib. 2. Herculan. de caut. cap. 1. subn. 19. Farinac. d. q. 107. n. 17. Vermigliol. conf. crim. 166. num. 8. Franch. decis. 359. & ibi Carol. de Luca Christin. decis. Belg. 50. n. 3. Sanfel. decis. 142. Sabel. §. cautio subn. 16. Urceol. cap. cap. 41. n. 25.*

Sed quia exemplis res clarior fit, libet hic nonnulla exempla referre, igitur metum in virum constantem cadentem patiens, justam petendi securitatem causam habet, *Hercul. de caut. d. cap. 1. n. 8.* Unde omnes causæ metum inferentes justæ ad petendam cautionem erunt, scilicet, flagella, mors, corporis cruciatus. *l. interpositas cod. de transact. Abb. in cap. causam, & in cap. penult. de iis, quæ vi. Herculan. d. cap. 1. n. 10. Decian. conf. 96. cap. cum dilectus de his, quæ vi: & l. nec timorem ff. de quod met. caus. Sanch. disp. 5. n. 4. Sabel. d. resol. 70. n. 4. Hermosill. glos. 2. n. 33. Noguero. alleg. 29. n. 74. Buratt. decis. 86. n. 7. decis. 213. Avendan. n. 20. Fagnan. in cap. interficisti 10. de homicid. & in cap. Prælatum, n. 3. de his, quæ vi, & in cap. si quis n. 81. de regularib. & in cap. sicut nobis n. 24. eod. tit. & n. seqq. Barbat. conf. 60. n. 3. vol. 1. Sabel. d. resol. 70. n. 4. Altimar. rubr. 1. q. 14. n. 24. & 26.*

Vultus terribilis, secundum *Jason. in l. de pupillo §. si quis 7. ff. oper. novi Herculan. d. cap. n. 11. cravett. conf. 49. n. 3. vol. 1. Alcait. in l. interpositas n. 19. Staiban. sen. conf. 7. n. 7. Mongoll. de metu cap. 2. §. fin. q. 60. Mascard. conclus. 1055. n. 7. Farinac. q. 97. n. 19. q. 124. 2. 94. Guttier. de matrim. q. 44. n. 35. & 36. Bottilier. d. Theor. 84. p. 9. D. Pignatell. tom. 9. conf. 150. n. 18. Altimar. supra d. q. 14. n. 43.*

Carcer. *Abb. in cap. accedens de procuratorib. Hercul. ubi sup. n. 11. l. nectimorem; & l. qui in carcerem ff. de eo, quod met. caus. Sanch. d. disp. 5. n. 9. Farinac. q. 25. n. 26. Guttier. de juram. p. 1. cap. 55. n. 7. Afflict. decis. 149. Ursill. Staib. resol. 75. Avendan. de metu, lib. 2. cap. 46. Sanfel. decis. 404. Novarr. lib. 1. qq. forens. q. 138. Cancer. p. 3. tit. de act. & oblig. à n. 39. Hermosill. d. glos. 2. n. 33. idem Altimar. sup. d. quæst. 14. n. 53.*

Armorum terror. *Alexand. lib. 3. conf. 98. & seqq. Herculan. ubi sup. Mongoll.*

Mongoll. de metu. cap. 2. § 6. n. 40. Sanch. disp. 5. n. 5. Guttier. conf. 16. n. 8. Garz. de nobilit. glos. 17. n. 16. Burat. decis. 86. § 213. Monter. decis. 45. n. 19. Ludovic. decis. Luc. 18. Barbos. in cap. si justus n. 3. Rota Rom. decis. 142. n. 28. apud Farinac. lib. 2. conf. crimin. § decis. 643. apud eundem p. 1. in recent. Bottilier. d. cap. 84. n. 7. Noguero. alleg. 29. n. 74. in fine Hermosilb. d. glos. 2. n. 23. Altimar. d. q. 14. n. 27.

De præhensio in flagitio, idem Herculan.

71 Minæ à solito exequi, & aliquod malum denuntiantes. Jason in l. 1. cod. de serv. fugitiv. § in l. super column. 2. cod. de transact. Paris. lib. 4. conf. 168. column. 2. Herculan. sup. § ibi Rosener. ad n. 21. cum multis Altimar. d. quæst. 14. tom. 3. à n. 67.

72 Timor offensiois in filios, & omnes descendentes, & consanguineos. l. isti quidem 8. ff. quod met. caus. cum alijs Herculan. sup. l. 8. ff. quod metus caus. l. isti quidem §. hæc, quæ diximus ff. quod metus caus. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 4. Molin. disp. 267. n. 4. § 5. Less. lib. 2. de just. cap. 13. n. 36. Filiuc. tract. 33. cap. 22. q. 9. Bonac. disp. 3. q. 1. punct. 2. §. 3. n. 5. Onnat. d. sect. 11. n. 210. § seqq. Hermosil. glos. 1. l. 56. n. 59. § 60. § infra Galis cap. 8. n. 106. Menoch. conf. 1. n. 275. Guttier. de juram. p. 1. cap. 57. n. 8. Tusc. l. M. conclus. 218. n. 4. conclus. 221. n. 30. Garz. de nobilit. gloss. 17. n. 28. Hermosil. gloss. 1. l. 56. tit. 5. part. 5. n. 56. § 57.

73 Collectarum extortio. idem Herculan. supra n. 12.

74 Timor amissionis bonorum, vel partis maioris eorum. Socin. jun. conf. 77. n. 30. lib. 1. Abb. in cap. Gema de sponsalib. Abb. in cap. inter de elect. § in cap. cum dilectus, de ijs, quæ vi, met. vè. Herculan. d. cap. 1. n. 13. cap. cum dilectus de metu, Paris. consil. 10. n. 28. § 38. lib. 1. Menoch. consil. 1. n. 180. vol. 1. Valasc. de privileg. pauper. q. 51. n. 23. p. 1. Mongoll. de met. d. §. 6. n. 14. Sabell.

dict. resol. 70. n. 4. Avendan. n. 23. Buttil. sup. n. 2. Galis. d. cap. 8. n. 92. Hermosil. d. gloss. 2. n. 33. Fagnan. in d. cap. interfecisti, n. 20. de homicid. Altimar. d. q. 14. n. 28.

Lis subhorta, vel præambula inimicitia Ripa in rubric. de damn. infect. 75 Herculan. d. cap. 1. n. 14.

Sevitia intermaritum, & uxorem cap. literas de restit. spoliator. Abb. in 76 cap. quem ad modum de jur. jurand. Cacciolup. in l. si qua illustris cod. de Orph. Herculan. cap. 3. n. 2. § ibi Rosener. car. rer. in præct. §. circa, n. 241. Idem Herculan. cap. 50. n. 31. de quo vide Sanch. de matrim. disp. 18. lib. 10.

Præceptum Tyranni, vel ejus gubernium. Acharant. conf. 299. Gemin. 77 conf. 15. Gramat. decis. 103. n. 52. Mongoll. de met. cap. 2. §. 6. Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 1. Galis. de rest. cap. 8. num. 104. cum alijs Altim. d. quæst. 14. n. 21.

Periculum libertatem amittendi. 78 Sebast. Medic. de furtivis cas. 1. p. q. 7. n. 7. vers. 19. metus. Sanch. disp. 5. n. 7. Avendau. n. 17. Barbos. in cap. si justus, n. 15. de confirm. util. Farinac. sup. verb. metus, n. 114. 117. Pont. de matrim. lib. 4. n. 3. Bottilier. supra d. cap. 82. n. 1. Galis. supra, d. cap. 8. n. 95. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 135.

Gladij evaginatio ad feriendum, 79 licet ictus non sequatur. cap. 1. de metu, § l. si quæcumque, ff. ad l. Aquil. Gaill. de pace public. lib. 1. cap. 2. n. 3. § 6. Suares, alleg. 23. n. 3. § 4. Pac. Ford. Lucrebr. tom. 3. lib. 14. tit. 12. tit. de restit. spoliat. num. 119. Altimar. sup. d. quæst. 14. num. 35.

Vilus armorum, licet eis non utatur. l. 3. §. qui armati, ff. de vi, § vi armat. Mantic. de conjectur. lib. 2. tit. 7. n. 6. Mongoll. d. §. 6. n. 7. Sanch. d. disput. 6. n. 5. Gutier. conf. 56. n. 10. Altimar. supr. d. quæst. 14. n. 36.

Expulsio à civitate, vel à nostris fo- 81 dinis, Sot. de just. l. 7. q. 2. art. 1. ad 2. Sanch. d. disp. 5. n. 8. Maur. de rest. cap.

342. *Galis d. cap. 8. n. 97. Hermosill. d. gloss. 2. n. 33. Altimar. d. quæst. 14. n. 52.*
- 82 Tandem ne vultra progrediam in hac materia, dico proficere omnia, quæ metum inferunt in virum constantem cadens, de quo multa apud eundem. *Altimar. d. q. 14. per tot. & ab eo citatos.*
- 83 Vocatus in Judicium etiam allegare, & probare poterit, nullam timoris justam causam sub esse, uti in specie ait *Herculan. de caut. cap. 3. sub n. 9. ubi se remissum facit ad suum tractat. de proband. negat.*
- 84 Exceptionem etiam excommunicationis, sicut cæteras, tum dilatorias, tum peremptorias, prout in cæteris Judicijs opponere potest. *Idem Herculan. cap. 6. n. 12. pag. 76.*
- 85 Exceptio: *Tu causam inimicitia de disti,* non admittitur, ut post longam disputationem concludit *Idem Herculan. d. cap. 6. à n. 14. cū Barthol. & Alex. in l. qui bona §. siquis juxta ff. de damn. in feñt. Panormitan. in cap. literas de restit. spoliator. Imol. Joan. And. Felin. Jason, & Rip. Paris. pro quo facit text. in cap. de benedict. 3. q. 2. ubi maritus*
- 86 *mulieri cogitur cautionem de non offendendo præstare, licet ea adulterium comisset.*
- 87 Unde justa causa non est, siquis fuit percussus, & ignorans à quo, cautionem petit à Titio, dicens ab eo iterum percuti vereatur. *idem Herculan. cap. 3. n. 6.*
- 88 Ex quo provenit, legitimam exceptionem esse: *Tu non probasti timorem, & tuo juramento credi non bebet.* quod pro utraque parte comprobatur *Herculan. cap. 6. à n. 12. unde pro concludentia exceptionis residet, etiam si temens vir probus, bonæ que conditionis videatur, licet in contrarium ad sit opinio Bonfin. tom. 2. cap. 68. n. 2. in fine relat. per Silv. ad Ord. lib. 3. ad tit. 78. §. 5. n. 3. in fin. Conciol. ad stat. Eugub. rub. 36. n. 3.*
- 89 An exceptio: *Tu non cavisti,* admittatur? quæstio est magna, quam DD.

agunt sub involucro sequentium, an hujusmodi cautionem petens cavere, & prius teneatur? an cautio hæc reciproca esse debeat? an ab uno tantum data valida sit? de quibus omnibus videndus *Barthol. in l. qui bona 13. §. siquis 7. ff. de damn. in feñto Ripa in hac rubric. à n. 19. Felin. in rubric. de treug. & pac. column. penult. Petr. à Plac. in Epitom. delict. lib. 1. cap. 7. Mordefid. quæst. 169. n. 5. & seqq. & q. 170. n. 2. Bertazol. lib. 1. cons. 18. n. 7. & cons. 183. Vielpell. cons. 2. n. 36. & cons. 3. n. 10. idem de pace q. 79. Herculan. in tract. de caut. cap. 6. à n. 1. & n. 13. cū seqq. (ubi quando ad sit statum sic jubens) *Idem Herculan. d. tract. cap. 31. à n. 1. Latè Farinac. d. q. 107. n. 23. Caphal. lib. 5. cons. 690. à n. 4. Ronch. lib. 2. cons. crim. divers. 68. à n. 1. Anton. Maurat. Variar lib. 3. resolut. 31. à n. 1. Guasin. de pace §. 3. quæst. 3. in princip. Maur. de fidejuss. p. 1. sect. 2. cap. 4. à n. 20. Aldovis. cons. 90. n. 62. Cyriac. controvers. 101. n. 13. Caball. resolut. crimin. cas. 219. cent. 3. Franch. decis. 369. & ibi Deluc. Tusch. liter. C. concluj. 169. à n. 2. Urceol. cap. 41. n. 25. & seqq. Virmigiol. crimin. cons. 166. Conciol. §. cautio de non offendendo, resol. 9. per tot. Sabel. §. cautio, n. 19. & per tot. tom. 4. cap. 93. n. 2. & 3. cum aliis post omnes, noster insignis *Silv. ad Ord. lib. 3. d. tit. 78. §. 5. à n. 19.***

90 Quorum dictis perpensis, mihi placet dicere cum nostro *Silv. d. num. 19.* quòd jure nostro attento pars cautionem petens, eam ex parte sua regulariter præstare non tenetur, probatur ex *d. Ord. tit. 78. §. 5. in verbis ibi: A parte que seteme &c. & ex Ord. lib. 5. tit. 129. in princip. Idem Barthol. in d. l. qui bona d. §. siquis. ff. de damn. in feñt. Rip. ibid. n. 19. Herculan. d. cap. 6. num. 2. & seqq. Farinac. d. q. 107. sub n. 23. Conciol. d. resolut. 9. n. 2.*

91 Si verò ex utraque parte justus metus adfuerit, tunc Judex utrumque ad cautionem præstandam cogere debet. Ita *Idem Barthol. ubi supra. Idem Silv. n. 20.*

n. 20. *Farinac. d. quest. 107. d. num. 23.*  
*Idem Herculan. d. cap. 6. n. 6.* & ita in-  
 telligendi sunt *DD.* contrarium præ-  
 cedenti conclusioni firmâtes, & proba-  
 tur ex *Ord. lib. 5. tit. 129. §. 5.* in verbis  
 ibi: *Mandaremos vir perante nós a quel-  
 les, entre os quaes &c. & ex §. 6. ibi. As  
 mandaremos chamar à Corte &c. & ex  
 nostro text. ibi: Sem primeiro fazerem  
 termo de não entenderem hum com outro  
 &c.* super quibus verbis ad rem venit  
 doctrina, ejusdem *Silv. d. §. 5. n. 21. ibi:*

*Imó Judex videns ex utraque par-  
 te justum timorem deveniendi ad rixas,  
 potest ipsis facere præceptum de præ-  
 stando cautionem de se ad in vicem non  
 offendendo, etiam cum declaratione, quod  
 interim cautiones habeantur pro præsti-  
 tis, ad obviandum scandalis, & pro bono  
 pacis Herculan. de cautel. de non offen-  
 dendo, cap. 5. n. 5. & cap. 9. n. 21. Bajard.  
 ad Clar. §. final. quest. 47. n. 21. Conciol.  
 verb. cautio de non offendend. resolut. 7.  
 ex n. 1. & resolut. 9. n. 9. Raynald. in ob-  
 servat. criminalib. tom. 3. cap. 25. §. 1.  
 n. 27. cum seqq. Maradei super prag-  
 matic. in annot. addict. sing. 322. num. 9.*

92 Ex dictis quaestio resoluta manet,  
 ex qua non contemnenda oritur, scili-  
 cet, an in casibus, in quibus petens cau-  
 tionem, eam ex parte sua non præstat,  
 pacem observare teneatur, & aliter  
 faciense eadem pæna plectendus veniat?  
 in qua breviter dico, quod eandem se-  
 curitatem observare tenetur, & ean-  
 dem pænam pati debet vi edicti: quod  
 quisque juris, ipso jure utaris, in sum-  
 ma æquitate innixi, de quo in l. 2. ff.  
 quod quisque juris, & apud *Tiraquel.  
 de retract. §. 1. gloss. 13. n. 6. Abb. lib. 1.  
 conf. 101. Tusch. pract. lit. G. conclus.  
 49. Valasc. consult. 25. per tot. Struv. de  
 vindict. privat. cap. 11. August. Leyser-  
 med ad pandect. tom. 1. ad eund. titul.  
 quod quisque Spcim. 30. §. 1. & seqq. pag.  
 mib: 301. in specie Cabal. dict. cas. 219.  
 Bajard. ad Clar. §. final. quest. 47. n. 20.*

93 Ex dictis veritate fulsitur nostræ  
 definitionis particula: *justé timenti, &*

*altera: qui alterum in persona, &c.*

Cautio, seu promissio hæc de non 94  
 offendendo non solum passivé, sed  
 etiam activé alios præter principales  
 comprehendit, idest, promittens non  
 solum pro sé, sed etiam pro suis con-  
 sanguineis, familiaribus, & amicis pro-  
 mittere debet non offendere, non tan-  
 tum principalem petentem, sed etiam  
 ejus consanguineos, familiares, & ami-  
 cos, in quo dubitari solet an filii spurii,  
 adoptivi, arrogati, Religiosi, extra  
 patriam potestatem degentes, an con-  
 sanguinei inimici, an affines, an com-  
 pater, an filius spiritualis, & reliqui  
 similes veniant, vel non, tum activé,  
 tum passivé? super quo conclusiones  
 referre esset in longum vagari, inten-  
 tionis meæ alienum, unde me remis-  
 sum facere fas erit ad sequentes *DD.*  
*Barthol. in l. illicitas §. ne potentiores  
 ff. de offic. Præsid. Felin. in rubric. de  
 treug. & pace n. 10. Petr. d'Plac. epi-  
 tom. delict. lib. 1. cap. 7. Herculan. de  
 cautel. cap. 7. per tot. & cap. 33. & utro-  
 biq. Rosener. & cap. 8. Vulpell. tract. de  
 pace quest. 87. Cephal. lib. 4. conf. 587.  
 Moron. tract. de fid. p. 2. q. 29. & q. 30.  
 cum aliis Farin. d. q. 107. à n. 25. Gra-  
 tian. decis. 133. Cabal. cent. 2. cas. 146.  
 Guasin. de caut. de non offendendo §. 3.  
 quest. 57. & q. 11. à n. 1. Virmigiol. conf.  
 320. Parch. de patr. potestat. p. 4. cap. 5.  
 n. 72. & cap. 7. num. 19. Maur. de fid. 1. p.  
 sect. 2. cap. 4. n. 29. cum aliis Urceol. d.  
 cap. 41. Conciol. §. cautio de non offend.  
 resolut. 4. & resolut. 10. Sabel. d. §. cautio à  
 n. 21. & post. tom. 4. d. cap. 93.*

95  
 Data igitur justa causa, ut ad cau-  
 tionem, seu assecurationem, Judex de-  
 venire possit, ejus parte sunt, eos, qui  
 eam præstare tenentur compellere, &  
 si contumaces existant, jam supra di-  
 ximus n..... eosdem per carcerationem  
 adstringere debet, ut expressé jubet  
 text. nolter, & ita disponit. *Ord. lib. 5.  
 d. tit. 129.* in fine principii, sicut etiam  
 poterit per captionem pignorum, &  
 exilium d. *Ord. tit. 129.* vel aliam  
 mul-

- mulctam ejus arbitrio, prout in specie  
 • comprobant *idem Herculan. cap. 5. per tot. Scitanti supra.*
- 96 Sicut etiam Judex pro præstita habere potest in mandatis suis, prout tenent *Farinac. d. q. 107. num. 13. Silv. add. §. 5. n. 21. quod satis probatur ex Ord. d. lib. 3. tit. 78. §. 5. & d. lib. 5. tit. 129. in princip.* imò postquam ad verterius requisitus fuerit ad cautionem præstandam, statim obligatur, & tenetur eam, uti jam præstitam, observare. *d. §. ibi- e se depois do dito requerimento, &c. Ex quo ad declarationem supra n. 63. promissam inferitur quòd si adverterius copiam petat, nihil interest in propriis actis eam concedere; quia jam adstrictus manet ad non faciendam, quæ à jure ei promissa non sunt.*
- 98 Qui quidem modi exequendi noviter inducti non sunt, cum pro exequendis obligationibus facti introducti sint, prout cum multis latè fundat, & comprobat legibus *Carleval de judic. tit. 3. disp. 3. n. 27. & seqq.*
- 99 Ut veritate fulciatur definitionis nostræ particula: *promissio, seu assicuratio legitime facta-* sciendum est, regulariter cautionem de non offendendo cum fidejussore præstandam esse, ut tenet *Barthol. in d. l. illicitas §. ne potentiores. §. offic. Præsid. n. 4. Salicet; & DD. in l. denunciamus. n. 2. ff. de his, qui ad Eccles. Abb. in l. non est. Verosimile ff. quòd metus causa. Felin. in rubric. de treug. & pace n. 10. Ripa in rubric. de damn. infect. n. 9. per text. in cap. literas, de restit. spoliator. cap. ex transmissa eod. titul. Petr. à Plac. epitom. delict. lib. 1. cap. 7. n. 2. Clar. in pract. §. final. quæst. 47. n. 5. Herculan. de caut. cap. 4. per tot. & ibi Rosener. Vulpell. de promiss. de non offendend. quæst. 76. cum aliis *Farinac. quæst. 107. à n. 36. apud quos hujus regulæ declarationes, & fallentias invenietis.**
- 100 Sed apud nos de proxima assertionione, ejusque declarationibus curandum non esse arbitror, siquidem hæc

securitas de non offendendo fieri solet per syngrapham promissoriam in actis coram Judice, & cum eo signatam absque ulla fidejussoria, aut pignoratitia cautione, nec etiam juratoria (cum 101 prohibita sit per *Ord. lib. 4. tit. 73.*) et hoc modo praxis optima legum interpres *Ord. nostræ lib. 1. tit. 7. §. 20. & lib. 3. tit. 78. §. 5. & §. 6. & lib. 5. tit. 129.* intellexit, qui quidem *Stylus, seu consuetudo forentis juri communi præfertur, sic jubente Ord. in 3. tit. 64. in princip.*

Quæ quidem praxis optimè deducitur ex *d. Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. ibi: A qual segurança lhe o Juiz dará: & lib. 5. d. tit. 129. in princip. ibi: O julgador o segurarà da nossa parte, &c.* Si enim securitas à cautione fidejussoria, vel pignoratitia penderet, Judex eam pro præstita habere nequiret, cum aliquem ad fidejubendū Judex obligare, nec pro promissa habere possit, *argum. text. in l. stipulatio ista §. 1. ff. de verbor. oblig.* Igitur contentus Legislator noster fuit repromissione illius, qui cavere tenebatur, satisfactionis namque 106 appellatione interdum etiam repromissio continetur *l. satisfactionis §. 1. ff. de verbor. signific.*

Ex quibus dicendum, quòd apud nos toties, quoties repromissio ad syngrapham redacta, vel à Judice pro præstita habita fuerit, cautio, seu assicuratio pro legitime facta habetur.

Quæ autem pæna frangenti cautionem, seu promissionem de non offendendo sit? apud DD. varias opiniones inveniuntur; qui inter alios, sunt *Barthol. & Alberic. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsid. Petr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. cap. 7. Ripa in rubr. de damn. infect. n. 24. Herculan. d. tract. de caut. cap. 10. & ibi Rosener. cum aliis *Farinac. d. q. 107. à n. 27. & cum aliis *Silv. ad d. Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. n. 25.***

In qua opinionum diversitate prævaluit sententia, ut talis pæna arbitraria

bitraria sit, juxta facti, & personarum qualitatem, ut cum Barthol. & Alberic. in d. §. ne potentiores, et cum aliis tenet Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 335. n. 3. non dissentit. Herculan. d. cap. 10. n. 3. & post n. 4. Nicol. Moron. de fid. treug. & pace, quæst. 170. n. 7. Vulpell. de pac. quæst. 70. cum quibus. Farinac. d. quæst. 107. n. 78.

110 Apud nos est materia resoluta per Ord. lib. 5. d. tit. 129. §. 4. ubi duplicatur pæna, quam delinquens pati deberet in casu, quo cautio, seu promissio de non offendendo non adesset; quæ pæna si de natura sua duplicari nequeat, tunc in arbitrio Judicis manet aliam imponere pænam; quæ pæna ultra interesse partis, & ejus damna erit, juxta glos. in l. unic. ff. si quis jus dicenti non obtemp. verb. hoc judicium, & constat ex Ord. d. tit. 78. lib. 3. §. 5. in verbis ibi: Tornar, e restituir tudo ao primeiro estado, & ibi: Restitui lohá'o Juiz, e tornará a tudo &c.

111 Cautio, seu repromissio ita facta, dubium ingens penes DD. est, quanto tempore duratura sit; super quo puncto undecimam conclusionem refert Farinac. d. quæst. 107. à num. 45. sed quia apud nos simpliciter præstatur, in perpetuum duraturam fore arbitror, ita que servat stylus, & ratio postulat, cum nullo tempore offensio licita sit, sequitur cum Angel. Ferret. Paris. & Rip. Herculan. de caut. cap. 9. n. 22. & 23. & est sexta conclusio Farinac. d. quæst. 107. num. 50. qui quidem stylus, seu consuetudo in hac materia approbatur per Clar. in §. final. quæst. 47. n. 6. in fine, idem Herculan. d. cap. 9. n. 25. Farin. d. quæst. 107. n. 53.

112 Sequitur de monstrare, quibus modis cautio de non offendendo rupta dicatur, & ad pænam agi possit? sed quia materia vastissima est, contentus tu esse debes, me remissum facere ad tradita in puncto per DD. maximè Farin. d. q. 107. à n. 142. ubi cum multis per novem conclusiones declarat

quotuplex sit offensio, ex qua offensione cautio frangatur. Surd. decis. 79. à n. 1. quæ offensiones quatenus sufficientes arbitrantur, ut cautio rupta dicatur, ego etiam eas ad cautionem petendam sufficientes dicerem.

An, & quando ex insultu, seu offensione, non tacto corpore, & sine illius læsione, cautio fracta dicatur? idem Farinac. d. quæst. 107. à n. 158.

An, et quando ex modica offensione, seu percussione? idem Farinac. à n. 10. & quid si tractu temporis vulnusculum gravius fiat? idem Herculan. cap. 43.

An per adulterium, vel stuprum commissum cum uxore, vel filia illius, qui non offendere promissit? idem Farinac. d. quæst. 107. à n. 227. cum aliis Barbof. Ord. lib. 5. d. tit. 129. n. 8 & 9.

An propter furtum? idem Farinac. d. quæst. 107. à n. 238.

An per accusationem, seu testificationem in causa civili, vel criminali? idem Farinac. à n. 246. Herculan. cap. 25. n. 2.

An per offensionem factam extra territorium? idem Farinac. d. q. 207. à n. 259. Herculan. de caut. cap. 9.

An per offensionem factam fratris, seu consanguineo? idem Farinac. d. quæst. 107. à n. 317. id. Herculan. cap. 19. à n. 1.

An per factam filio, vel uxori? idem Farinac. d. quæst. 107. à num. 337. Herculan. de caut. cap. 20. qui sub n. 12. de sponsa agit, negativè resolvens, & ibid. Rosener.

An per factam filiis spuriiis, spiritualibus, seu adoptivis? idem Farinac. d. quæst. 107. à num. 346. Id. Herculan. cap. 19.

An per offensionem cadaveri factam? idem Farinac. d. quæst. 107. num. 368. idem Herculan. d. cap. num. 22. & seqq.

An per offensionem ex nova causa illatam? idem Farinac. d. quæst. 107. à n. 403. Herculan. de caut. cap. 13. per tot.

- tot. cum multis *Conciol. crim. §. cautio de non offendend. quest. 1. per tot.*
- 124 Nova causa qualis esse debeat? *idem Farinac. d. quest. 107. à n. 460. Conciol. proximè, & resolut. 2.*
- 125 Quomodo probetur, & quomodo præsumatur nova causa? *idem Farinac. d. quest. 107. à num. 432. Conciol. proximè.*
- 126 An offensio offendentis? *Herculan. cap. 18. & cap. 45. à n. 4.*
- 127 Mandans, assistens, aut opem ferens, an cautionem frangat? *Herculan. de caut. d. quest. 26. à n. 1.*
- 128 An per pugnum manu vacua, vel stricta? *Herculan. quest. 27. per tot. & ibi Rosener. ad n. 19.*
- 129 An quando uxor unius in aliam uxorem rixata fuerit? cum aliis *Barbos. ad Ord. d. lib. 5. tit. 129. n. 7.*
- 130 An per exonerationem archibuffi cautio rumpatur? *Farinac. d. q. 107. à n. 174. Conciol. criminal. d. §. cautio de non offendend. resol. 8. ubi & additio multos refert.*
- 131 De quibus omnibus, & aliis videndus, & ab eo citati *Sabel. §. cautio à n. 22. idem post tom. 4. cap. 53.*
- 132 Cautio de non offendendo ut facta dicatur, an plenè, an per præsumptiones probari debeat, vide cum multis *idem Conciol. d. §. cautio resolut. 3. à n. 1. Farinac. d. quest. 107. num. 207. Maur. de fidejuss. 1. p. sect. 2. cap. 4. Cyriac. controvers. 227. n. 10. Mansin. de confiscat. bonorum quest. 15. n. 45. Herculan. cap. 34. ubi de offensione, lege permittente, facta.*
- 133 Ex traditis mihi videtur (ni fallor) quòd Judex noster cuniculariorum advertere possit, quæ circa hanc cautionem observare debet, & si servatis non servandis procedat, ab eo appellari potest, ut consuluit *Farinac. d. q. 107. num. 21. in fine, quia sententia de danda cautione definitiva est, quando principaliter petitur, Herculan. de caut. cap. 12. n. 4. & 5.*
- 135 Antequam hinc absum, libet me-

moriã facere non absimilis quæstionis seu praxis crebrò in hac Curia Ulyssiponensi usitatæ, nempe, omnes controversias judiciales partes per præceptum de non faciendo, vel faciendo sub aliqua comminativa pæna, in Judicio dirimere intendunt, v. g. locator desiderans conductorem restituere, ei præceptum Judicis intimat, ut à prædio recedat, alioquin ultra mercedem conventam, aliquam certam summam solvet? quod ex incuria consulentium procedere arbitrator, cum hic modus expellendi conductorem, à jure dispositus non invenitur, sed plures alii, de quibus *Pacion. de locat. cap. 65. Guerreir. tract. 3. lib. 7. cap. 10. à n. 120. et ego ipse in cogitat. meis, cogitat. 69.*

Unde si conductor renuat, & exceptiones objiciens succumbat, dubium oritur, ad illam summam comminativam teneatur? & semper mihi sententia negativa placuit, multis que sententiis in foro prolatis non obstantibus, data occasione, fortiter in Judicio defendi per sequentia: pæna nec imponi, nec irrogari debet, nisi in casibus à jure expressis *l. aut. si quis impediatur §. Divus ff. de religiosis domibus l. 2. cod. de pen. Authent. de non eligend. secund. nupt. §. cum igitur Mascard. conclus. 1163. Tusch. Liter. P. conclus. 216. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 276. Cabal. crim. cas. 1. n. 26. Farinac. quest. 18. n. 7. Sed cum in præsupposita hypothesi pæna talis statuta non inveniatur: ergo subsistere nequit.*

Pæna ut irrogetur, imponens jurisdictionem habere debet, *ad l. 2. cod. si de penis, sed locator jurisdictione caret, ergo pænam imponere non poterat, quia contra jus id faceret, & ita irritè. Tusch. d. lit. P. conclus. 207. Sabel. §. pæna n. 9. vers. & generaliter.*

Deinde, ut hucusque vidimus, cautio de non offendendo solummodò peti potest, quando offensio in persona, vel in bonis justè timetur, quæ-

quidè m offensio injuriosa esse debet, ut cum *Barthol. Angel. Bald. Cephal. Bero, Simon de Prætis in cons. ait Farinac. d. quæst. 107. n. 143.* Versari debet factum injustum, & punibile, ut cum *Barthol. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publican; & veſtigalib. n. 4. & cum Aretin. Roman. Corn. Paris. Cephal. Bero, Vulpell., & aliis, idem Farinac. d. q. 107. n. 144.* & tandem offensio pœnam mereri debet, ut cum *Barthol. ubi supra n. 3. Roman. Ruin. Florian. & aliis idem Farinac. d. quæst. 107. n. 147.* & satis constant *ex Ord. d. lib. 5. tit. 129. §. 4.* quia quatenus ibi pro fractura allecurationis duplicatur pœna, quam offendens, nulla securitate præcedente, pati debebat, certò supponitur, offensionem de natura sua pœnam mereri; sed prædictæ qualitates, meo videri, non concurrunt, quando conductor prædium restituere differt: ergo ei pœnam comminari nequit.

140 Probatur ex rubro, & nigro *cod. Comminationes, Epistolas, Programata, Subscriptiones*, auctoritatem rei judicatæ non habere, & *ex l. 4. cod. eod. tit.*

141 ubi debitori non solventi intra certum tempus, dupli, seu quadrupli pœna, imponi vetatur, si aliter Judex interloquendo jubeat, rei judicatæ auctoritas denegatur.

142 Me non latet per *Ord. nostram lib. 4. tit. 70.* pœnas conventionales approbati, sed interminis nostræ hypothetis, dum conductor exceptiones objicit, ut expulsionem evitet, consensus, ut pœna conventionalis perficiatur, non adest, et ideo judicatum vidi hujusmodi pœnam comminatoriam conductorem solvere debere à tempore judicatæ expulsionis, si in detentione prædii existat.

143 Et cum hodie ferè in omnibus Tribunalibus receptum de consuetudine sit, pœnas conventionales peti non posse, nisi quatenus cum vero interesse concurrunt, uti cum multis tenet *Cancer. Var. tom. 3. cap. 11. n. 163. Grac. de*

*expens. cap. 9. n. 63. cum multis aliis Carleval de judic. tit. 3. disp. 3. n. 22. Merend. controvers. lib. 11. cap. 14. num. 13. cum aliis Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubric. 61. n. 3. & ibi Romag. n. 7. Leonard. de usur. quæst. 38. n. 14. Masin. de confiscat. bonor. q. 22. n. 34. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 37. num. 45. Valeron de transact. tit. 6. quæst. 1. n. 18. Frogos. de Regim. Republic. Christ. p. 1. lib. 5. disp. 13. §. 8. à n. 187. & in Supremo Supplicationis Senatu judicatum vidi adversus hanc pœnam comminatoriam in causa inter Brigitam Theodoram, & Mathiam Ludovicum da Matta Nottario Antonio de Lima de Moncada, & in causa inter Dominum Comitem do Vimieyro in favorem Doct. Josephi Gomes à Cruce, Scriba Thomae de Pinna anno 1736.*

Me etiam patrocinate judicatum 144 fuit, hujusmodi pœnam non statim per sententiam expulsionis peti executivè posse, sed in se parato, & ordinario processu, *ex Ord. lib. 4. tit. 54. in fine principii*, & ita ordinariè agendum fore puto ad consequendam pœnam incursum perfrangentem securitatem nostram.

Si verò locator prædium suum 145 maiori mercede locaverat, eamque ex injusta retentione conductoris amisit, vel in aliquo præjudicium passus est, conductorem ad id condenarem *ex glos. in l. unic. ff. si quis jus dicenti non obtemperaverit, verb. - hoc judicium.*

Vide infra eod. §. 4. hujus regiminis notata.

*Procederà como for Direito-* ita 146 de hujusmodi securitate sermonem faciens *Ord. lib. 3. tit. 78. §. 5. in fine* decernit; et ideo Judex fodinarum, sicut Cæteri Judices jus observare tenentur in causis inter cunicularios derimendis, ut comprobat de iis fodinarum Judicibus *Kresbs. de ligno, & Lapide p. 2. sect. 11. class. 3. §. & seqq. & infra latius, Deo dante, dicemus.*



§. II.

**E**M o dito Superintendente chegando às Minas deve logo examinar os ribeiros, que estão descubertos, a riqueza delles, e se apinta he geral; e depois de ter feito este exame saberá se estão muito distantes huns dos outros, e no caso, em que as distancias sejaõ de sorte, que o Guardamór os não possa repartir, assistindo a todas as repartições, nomeará guardas menores para haverem de as ir fazer naquella parte, que lhe for ordenado, guardando as ordens, que para isso lhe forem dadas.

COMMENTARIUM.

Circa examen rivorum, & officialium electionem.

Ad §. II.

S U M M A R I U M.

- 1 Res prius, quàm de ea agatur, cognosci debet.
- 2 Judex fodinarum de quibus certior esse debeat?
- 3 Custos maior in fodinis quis sit?
- 4 Judex superior in fodinis custodes menores nominare potest.
- 5 Ex quibus eos eligere debeat?
- 6 An pro a se electis teneatur?
- 7 Judex delegatus forma delegationis suæ observare debet.

**C**hegando às Minas deve logo examinar &c. Res, quin prius cognoscatur, non bené gerenda venit. l. 1. ff. de just. & jur. l. 1. §. 2. ff. origin. jur. l. explagiis §. in Cliv. ff. ad l. Aquil.

2 Ideo fodinarum noster Judex de omnibus, eorum divitiis, de cæteris que in nostro textu expressis, inquirere debet, ut justé agat, munusque suum adimpleat.

3 Ibi: Guardamór, qui in Bohemia

Urbarius dicitur, de cujus officio Krebs. 2. p. clas. 3. sect. 9. §. 3. & seqq.

Ibi: Nomeará Guardas menores &c. Si hæc potestas Judici nostro indulta non esset, prout in montibus Hassiacis Capitaneo concessa est in similibus terminis, secundum eundem Krebs. supra §. 4. n. 3. ea uti non posse arbitror ex Ord. lib. 1. tit. 97. tùm in rubro, tùm in nigro; speciali tamen facultate Judex utens advertat, se eligere debere custodes menores, ex peritissimis in materia, dexterrimis, piissimis que hominibus, uti de simili electione in materia fodinarum ait Krebs. de lign. & lapid. p. 2. class. 3. sect. 11. §. 6. n. 2. & §. 18. n. 1. Et si aliter fecerit tenebitur pro hujusmodi a se electis saltem in subsidium, per text. in l. licet ff. naut. caution. l. 1. ff. exercitor. act. l. nullus, qui nexu, cod. de decurionib. lib. 10. leg. agentes cod. de agentib. in rebus lib. 12. Ord. d. lib. 1. §. tit. 97. §. 1. ubi Peg. n. 7. & 8. Mend. à Castr. 1. p. lib. 5. cap. 5. n. 4. Themud. 1. p. decis. 21. num. 4. Avendan. de exequend. mandat. 1. p. cap. 3. num. 5. Hypolit. in rubr. de fidejussorib. Menoch. de arbitr. cas. 345. à num. 1. Farinac. in prax. crimin. quæst. 24. n. 53. Mend. à Castr. in prax. Lusitan. 1. p. lib. 5. cap. 5. num. 53. Themud. 1. p. decis. 21. n. 4. Landin. de Syndicat. cap. 8. n. 13. & cap. 19. n. 18. Idem cap. 1. n. 29.

In textu ibi-guardando &c. quilibet delegatus Judex, seu commissarius formam delegationis, et commissionis suæ observare tenetur per text. in cap. cum dilecta de rescriptis cap. super eo 15. cap. prudentiam, cap. cum contingat, de officio delegat. Guerreir. de inventar. lib. 1. cap. 12. n. 38. Gonçal. ad text. in cap. 13. de rescript. n. 10. Guasin. de defens. 13. cap. 1. §. 2. Sabell. §. Commissio num. 2.

§. III.

**H**Avendo alguma duvida entre os mineiros sobre a medição das dadas, entendendo pertencer lhe mais terra,

ra, querendo entrar pelas datas dos vezinhos, se recorrerá ao Superintendente, ou Guarda-mór, àquelle que estiver mais perto, que lhe mande medir novamente as datas, que lhe foram dadas, para que cada hum fique com a que lhe toca, e elles lhe mandarão medir, no caso que lhe seja necessario, por não estar a primeira medição com clareza.

## COMMENTARIUM.

De quibus negotiis Custos maior fodinarum cognoscat.

Ad §. III.

## SUMMARIUM.

- 1 De quibus causis Custos maior fodinarum cognitionem habere possit?
- 2 Data denuó mensuranda, a quibus mensuris sit.
- 3 Data quid sit? remissivè.

- 1 **Q**Uæstio facti in hoc §. supposita præ cæteris levior est, igitur ad eam dirimendam etiam Custodi maiori iurisdicção concessa fuit; quia ordine iudiciario non indiget: ex quibus rationibus officialibus metallicis inferioribus cognitio, et decisio circa similia data est, prout asserit laudatus Krebs. de lign. & Lapid. p. 2. clas. 3. sect. II. §. 3. n. 2. & 5. qui n. 3. exemplum etiam præstat de rixis, quæ absque verberibus vulnera inferentibus, inter metallicos suboriuntur; sed reliquæ causæ metallicæ non leves ad superiores Iudices metallicarum pertinent. Idem Krebs. sup. n. 6. & 7.
- 2 Si denuó data mensuranda venit, & mensores eligendi, de eis esse debent, qui fodinæ partium participes non sint, idem Krebs. sup. n. 6.
- 3 Quid sit data. Vid. ad §. 4.

§. IV.

**E** Por quanto muitas vezes tem succedido esbulbar algum poderoso a hum pobre, ou miseravel, em parte da sua data, pela achar compinta rica, e convir muito conservar a cada hum no que lhe pertence; quando isto succeda recorrerá o esbulhado ao Superintendente, que ouvidas as partes vocalmente, inteirado do esbulho, que se lhe fez, o fará restituir; e quando não possa em presença das partes logo a veriguar aquella questão, admitirá o esbulhado a justificar o tal esbulho, e justificado que seja o fará restituir à sua data; e tendo já lavrado algumas braças de terra do esbulhado, lhe fará restituir toda a perda, e damno, que nisso lhe tiver dado, que liquidará pelo rendimento das braças da mesma data, dando-se ao esbulhado pelas braças, que lhe tomarem, outro tanto, como importarem outras tantas braças, que lavrar da mesma data; e em pena de esbulho lhe fará satisfazer isso, que se liquidar em dobro.

## COMMENTARIUM

De Spolio circa fodinas commisso; & aliis prout in Summario.

Ad §. IV.

## SUMMARIUM.

- 1 Casus eventus affertur.
- 2 Querere metallorum venas tum in publicis, tum privatis locis, cui libet licitum est.
- 3 Et Inventores premio invitantur.
- 4 Quod præmium inventoribus datur?
- 5 Data quid sit?
- 6 Regimen fodinarum ab Ordinatio. huj. Regn. deductum fuit.
- 7 Per concessionem, seu datam, dominium consequitur.

8 Et

- 8 *Et possessio.*  
 9 *Fodinæ res immobiles sunt*  
 10 *Metallario à fodinis spoliato interdium competit,*  
 11 *Possidens de mandato Judicis quādo justus possessor dicatur?*  
 12 *Judex inordinate, & praxi non observat procedens, spoliū committit.*  
 13 *Doctrina Peg. 2. tom. forens. cap. 955. colun. 2. in fin. declaratur.*  
 14 *Licet Judex sententia nixus inordinate procedat, spoliū dari potest.*  
 15 *Victus ad rem specificam tradendam prius citandus, & ei terminus 10. dierum assignandus est, aliās spoliū datur, & n. 70.*  
 16 *Ord. lib. 3. tit. 86. §. 15. quomodo procedat? & seqq.*  
 17 *Actiones in duas species dividuntur.*  
 18 *Omnis actio vel realis, vel personalis est.*  
 19 *Quomodo adversus victum in actione personali procedatur?*  
 21 *In executione facta virtute sententiae in Judicio familiae resciscendae habitæ, apud nos, vulgò Charta de partilhas - citatio in forma Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 15. necessaria non est.*  
 22 *Nec quando sententia per viam interdicti habita fuerit,*  
 23 *Sententia contra non citatum exequi nequit, aliās spoliū datur. & n. 28.*  
 24 *Quid si tertius delitigio certior factus fuerit? & nn. seqq.*  
 26 *Aliquando sententia tertiis scientibus non nocet, & aliquando ignorantibus nocet.*  
 27 *Quando non citatis noceat, exempla referuntur.*  
 29 *Proprietatis defectus adversus spoliū objici nequit.*  
 30 *Quid in spiritualibus?*  
 31 *Regimen hoc in §. 5. quomodo procedat? et divisio fodinarum faciendafit? & nn. seqq.*  
 32 *Consuetudo in materia fodinarum si præter hoc regimen fuerit, observanda erit, & n. 33.*  
 33 *Quis prius inpetendo fuerit, potior erit.*  
 34 *In specie præsentis hypothesis, data assignanda non erat in terra jam ad culturam redacta*  
 35 *Senatus ita judicavit in favorem spoliati.*  
 36 *In causis super fodinis citatio requiritur,*  
 37 *Spoliator ad fructus, damna, & interesse tenetur.*  
 38 *Liquidantur fructus aliquando ex natura prædii vicini,*  
 39 *An & quando in praxi spoliator ad duplum teneatur? & nn. seqq.*  
 45 *Cessio sine die, & anno, tertio nocere nequit, & n. 46.*  
 46 *Datis desertis, Regi facultas eas iterum aliis cōcedendi devolvitur,*  
 48 *In prædiis alienis aurum eruere licitum est, dato ad id titulo.*  
 49 *Dominium, seu facultas eruendi aurum absque titulo probari nequit,*  
 50 *Sententiae injustæ sustinendæ non sunt,*  
 52 *Lex Siquis in tantam, cod. unde vi. temperatur & seqq.*

**A**D declarationem hujus §. & aliorum libet decisiones, & ejus fundamenta in casu mihi obvio, referre, cujus hypothesis talis est: *Quidam metallarius nomine Emmanuel Fernandes à Silva à Custode magno, vulgò, Guardamór, quendam fundum, vulgò dictum, Tremedal, no Jacomaha da Fome, in titulum data concessum habuit, post quam concessionem alius, Benedictus Pereira Caldas appellatus, unam datam 30. ulnarum mensura juxta §. 5. hujus Regim. petiit, qua denegata, via gravaminis petitionis ad Senatum Brasiliensem conquestus provifus stetit, ea, scilicet, ratione, quia secundum*

dum minerarum regimen Custos maiorem quam ulnis 30. datam primo metallario concedere non poterat, cujus sententiæ virtute missus fuit, nec citato, nec audito primo metallario; & quod magis est, in illa fundi parte jam à primo aliqua cultura structa, qui quidem primus metallarius actione spoli coram monetariorum illius Status Cōservatore egit, ubi victor, victus tamen in Senatu eodem, sed iterum cum victoria, in hoc Supplicationis, me patrocinate evasit: per sequentia, inter alia ad nostrum commentarium conducentia.

2 Unicuique non solum licitum est metallorum venas, sive in publicis, sive in privatis locis quærere. *Ord. lib. 2. tit. 34. in princ. §. 5. hujus regiminis. Lagun. de fruct. c. 10. 1. p. n. 63. & seqq. Krebs. de lign. & lapid. 2. p. clas. 3. sect. 4. §. 1.* sed etiã præmio invitantur de quo infra latuis. Præmium, quo inventores donantur, apud nos, est quædam terræ pars mensuranda, juxta §. 5. *nost. regiminis* normam, vulgo, *datas*.

5 *Datas* autem, datum, vel datio [ prout omnia esse possunt ] nihil aliud est, quam concessio fundi, seu ejus partis, à Principe, vel ab alio legitimo concedente habita, per quam dominium irrevocabiliter transfertur, quoad bene usus fuerit acquirens, aliquibus tamen conditionibus affecta; *Ord. lib. 2. tit. 34. §. 9. Ord. lib. 4. tit. 43. in princip.*

6 Ex quibus Ordinationibus regimen nostrum deductum puto, tenent *Portug. 3. p. cap. 12. sub. n. 10. Krebs. d. 2. p. clas. 3. sect. 3. §. 1. n. 3.* & ita metallarium illum dominium habere ostendi.

8 Et possessionem etiam habere dixi, siquidem metalli fodinæ, res immobiles reputantur, ut terminanter docet *Krebs. d. 2. p. clas. 3. sect. 2. §. 19. n. 1. & seqq.* licet contrarium teneat *Vesemb. cons. 60. n. 23. in fine*, non audiendus, sufficit namque metalla fundo cohærere, ut pro immobilibus reputentur *ex l. 2. cod. de servit. & aqua, l. ult. in fine cod. de præscript. long. tempor. qua*

quidem possessione supposita, & habita à primo metallario, ei interdictum competere, dubio carere asserui *ex l. 1. §. & generaliter. 2. ff. de vi, & vi armat. restituendum que esse ut jura probant in d. l. 1. §. interdictum. 13. cap. in liter. de restit. spoliator. Ord. lib. 3. tit. 48. per tot. & d. lib. tit. 78. §. 3. & lib. 4. tit. 58. noster §. hujus regiminis.*

An spolium à secundo metallario <sup>11</sup> commissum esset? dubio non carebat, spoliator namque se, authore Prætoris, possidere dicebat. *l. justè 11. ff. acquir. vel omitt. possess.* ex eo quia virtute sententiæ, datio, & possessio concessa fuit; quod argumentum diluitur, cum dictæ legis locus sit, si Judex ritè, & rectè procedat, ut ibi *glos.* & deliberatio apud *Peg. forens. cap. 11. tom. 2. pag. 913. column. 2. in fine*; aliàs si ordinatè, & non <sup>12</sup> observata praxi contra juris formam deturbet, spolium comittit, & privato habetur. *l. prolatam. cod. de sentent. & interlocut. l. meminert, cod. unde vi; l. fin. cod. si pervim, vel alio modo. Valasc. cons. 191. n. 8. Fermos. in cap. conquerente. q. 1. 2. §. 3. & in cap. in literis de restit. spoliator. q. 1. n. 34. §. 35. August. Barbos. ad text. in d. cap. conquerente 7. n. 2. de restit. spoliator. cum alijs Accurs. in d. l. justè possidet. Andr. Clud. de jur. sequestr. cap. 44. à n. 19. Sabell. §. possessio sub. n. 10. judicatum refert *Peg. d. pag. 913. column. 2.**

Contra proximam resolutionem <sup>13</sup> non obstat ea, de qua *Peg. tom. 2. forens. cap. 11. p. 955. in fine column. 2.* ubi cum *Posth. de manut. observ. 66. n. 8.* & alijs, tenet interdictum cessare, quando materia per sententiam decisa fuit, quia hæc doctrina procedit eo in casu, in quo per sententiam conventus, ad rem evictam restitui ob spolium antea commissum desiderat.

Nec ex eo, quod Judex cum sententia procedat, spolium abest, quia etiam quando adest sententia, datur spolium, si indebitè eam, vel sententiam injustam, executioni tradat; sententia-<sup>14</sup>

tentiaque supposita, procedunt jura allata, ut ex d. l. prolatam, l. meminimus, & d. final. constat.

15 Spolium, seu turbativa, atque informis illius sententiæ executio intervenit, quia verbarius, seu custos maximus, nulla prævia primi metallarii citatione, ei possessionem auferendo, secundo tradi per officiales jussit, contra regulam *Ord. lib. 3. tit. 86. §. 15.* cum secundum eam citari, & terminus 10. dierum possessori assignari necessum esset, etiam quando sententia adversus ipsum possessorem prolata foret, qua forma neglecta, spolium committitur prius purgandam, ut tenent, & referunt judicatum *Gam. decis. 277. Leytam fin. regund. cap. 14. num. 8. Peg. 2. tom. forens. cap. 11. pag. 914. column. 2. Gratian. forens. cap. 571. n. 17. Guerreir. d. rationib. lib. 8. cap. 4. à n. 36.*

16 Adversus prædicta, tum pars, tum aulae inferioris Judices opponebant *Ord. lib. 3. tit. 86. d. §. 15.* procedere tantum in actione reivindicationis, & personali, juxta deliberatum apud *Peg. forens. d. cap. 11. pag. 916. column. 2.* Stabilitum autoritate *Barbos in l. si debitori 21. ff. de Judic. n. 199.* sed hujus argumenti vim capere non potui, siquidem nec ampliaciones, nec limitationes *Ord. d. tit. 86. §. 15.* per mentem *Barb. in illo loco* transire puto, illius namque in d. l. si debitori. de induciis condemnatis ad solvendum à jure concessis, tantum agere intentio fuit, à num. que 197. de pecuniari dispositione juris nostri pertractavit, ostendens d. n. 199. quomodo condennatus ad rem in specie tradendam exequendus esset ad verba ibi: quòd sic certa species per reivindicationem petatur in Regno Portugallia, vel etiam per actionem personalem, ad illam tradendam, conceduntur victo decem dies, ad eam tradendam, sive restituendam &c.

17 Omnium actionum divisio, quatenus causam materiale respiciunt, in duo genera deducitur, aut enim ac-

tiones in rem sunt, aut in personam, l. actionum ff. de actionib. §. omnium, *Inst. tit. eod. tit.* & utrobique DD. nullaque actio dari nequit, quin realis, aut personalis sit; si ergo *Barbos. in d. loco* ait *Ord. d. tit. 86. §. 15.* tum in realibus, tum in personalibus locum habet, sequitur quòd in nostro casu etiam habere debet, sed ad intentum alia distinctio facienda venit, videlicet, vel quis condemnatur ad aliquid in genere solvendum, & tunc terminus 24. horarum assignatur, quibus elapsis pignora capiuntur. *Ord. d. tit. 86. in princip.* vel ad aliquid in specie tradendum, & tunc 10. dies ad traditionem peragendam assignantur *d. Ord. d. §. 15.* quo termino prætermisso, spolium purgandum committitur, præterquam in casibus sequentibus.

Limitatur primò, regula *Ord. lib. 3. d. tit. 86. §. 15.* in sententia habita per Judicium familiae erciscundæ. *Leyt. fin. regundor. cap. 14. n. 9.*

Limitatur secundò, quando sententia exequenda per viam interdicti unde violata fuerit, & ita procedit judicatum apud *Peg. d. cap. 11. pagin. 916. column. 1. & 2.*

Fulciebatur spolium, quia metallarius primus, nec citatus, nec auditus in illo graviminis recursu fuit, sed tantum eo pendente, ne terram ei concessam fodinaret, in qua hypothese, sententiam adversus eum latam dici non poterat, nec contra eum exequi, tanquam res inter alios lata. l. sapè ff. de re judicat. l. nam & postea ff. de jur. jurand. l. 1. cod. de execut. rei judicatæ, l. 1. & 2. cod. quibus res judicata non nocet *Ord. lib. 3. tit. 81. cum multis Peg. forens. 1. tom. cap. 5. à n. 1. cum infinitis Gonzal. ad text. in cap. penult. de sentent. & rejudicat. n. 1.*

Sed in contrarium oppositum fuit ex doctrina *Peg. d. cap. 5. à n. 106.* ubi judicatum refert, & cum multis comprobatur, tertium scientem litem agitari super re à se possessa, & in Judicio

- dicio non comparentem, sententiæ executionem impedire non posse.
tomarem as ditas mercadorias, tem sua tenção fundada na dita tomadia, e auto que se della fez; e pela dita maneira se defenderão por embargos aquellas pessoas, que actualmente forem achadas commettendo casos, pelos quaes encorrem nas penas deste Foral, sendo porèm prezos por elles, ou soltos por fianças depositarias pela ordem atrás declarada; mas em todos os mais feitos, em que as mercadorias se demandarem por perdidas por denunciação, não sendo tomadas, e nos em que se demandarem penas, não sendo prezos os culpados nellas, como dito he, o dito Provedor, e Officiaes ouvirão as partes ordinariamente conforme à minhas Ordenaçoens, e como lhe nos Capitulos atrás fica declarado. Porèm em todos os ditos feitos procederà o dito Provedor o mais summariamente, que for possível, assignando às partes termos breves, e fazendo com effeito cumprir, o que lhes assinar, e em tudo o mais, que por este Foral não for declarado à cerca da ordem do processo dos ditos feitos, e termos delles, guardarà o dito Provedor, e Officiaes minhas Ordenaçoens; e de todos aquelles, em que houver parte, serão obrigados dar vista ào meu Procurador da dita Alfandega, posto que esteja contratada, e quando os despacharem em final, parecendo lhe, que convém a meu serviço ser presente o dito Procurador ào despacho de alguns, por serem de importancia, os não despacharão sem elle; ao qual mando, que assista à todos aquelles, que lhe o dito Provedor, e Officiaes requererem, e assim à todos, os que lhe a elle parecer, que he necessario ser presente.

Qua omnia jure coherent, cum 10 in Judiciis circa personas, vel res metallicas motis, jura sicut in quibusvis alijs causis observari debeant, ut terminanter Krebs. d. clas. 3. sect. 11. §. 1. n. 1. §. 2. §. 5. n. 1.

Igitur oportet, ut actor, reus, & 11 Judex adsint, ex quibus principaliter quodlibet Judicium constituitur; deinde 12 de

- de accessoria puta, Advocati, & procuratores, sicut in cæteris Judiciis intervenire possunt. *Krebs. d. sect. 11. §. 1.*
- 13 n. 3. §. 8. n. 1. §. 21. & seqq. Actores, & rei legitimæ personæ qualitates, ut in Judicio esse possint, habere debent. *Krebs. d. sect. 11. §. 2. n. 1.*
- 14 Reus ejusdem fori esse debet, vel ratione personæ, vel causarum metallicarum privilegio. *Krebs. d. §. 2. n. 2. §. 9. dict. sect. 11.*
- 15 Unde Judicem competentem esse oportet, qui cuncta, quæ judicium curæ in cæteris causis sunt, observare tenetur. Scilicet, ut in adendo facilis se præbeat, at contemni non patiatur, nec eos, quos judicaturus, in æqualem familiaritatem, & conservationem admittat. *l. 9. §. 2. ff. Offic. Pro*
- 16 *consulis. l. 19. ff. Offic. Præsid.* ut secundum leges, & approbatas consuetudines metallicas, & secundum æquitatem, observato ordine judiciario præscripto, causas dirimat. *princ. Instit. de Offic. Judic. l. 13. cod. de sentent. & inter-*
- 17 *locut. omn. Judic.* ut causa satis cognita, & maturo consilio; absque omni præcipitantiâ, & sine ullis effectibus subortis ex superbia, abusu potestatis, corruptionis odio, ac ira nimia, & intemptiva misericordia, amore, gratia, amicitia, metu, levitate, & cognatione, procedat. *leg. 4. ff. de Jud. l. 2. cod. de pen. Judic. l. 1. §. 1. ff. ad l. cornel. de fals. l. 2. cod. de sentent. ex brev. l. d. l. 19. §. 1. ff. de Offic. Præsid.* terminanter *Krebs. d. sect. 11. §. 5.*
- 18 Unâ, pater, & filius, socer, & gener, aut duo fratres in eodem Tribunali assumendi, aut tolerandi Judices non sunt. terminanter *Krebs. d. sect. 11. §. 7.*
- 19 Ut prima processus pars, prout in cæteris perficiatur, citatio Judicis mandato per legitimum nuntium intervenire debet. terminanter *Krebs. d. sect. 11. §. 11. n. 1.* Citatio parti præsentis, absenti ve ad ejus domum faciendâ; juxta præscriptum modum. *per Ord. lib. 3. tit. 1. per tot. Krebs. d. sect. 11. §. 12.*
- 20 Facta citatione reus obstrictus

in Judicio comparere manet, ut ad actionem respondeat, exceptiones suas proponat; si non compareat, ejus contumacia accusari debet, sicut actoris contumaciam reus accusare potest, ut se ab instantia absolvatur, & actor ad expensas condemnatur. *ex Ord. lib. 3. tit. 14. & 15. Krebs. d. sect. 11. §. 14. & §. 24.*

Si Judicium ferat, litigatores per se, vel per procuratores, modo sint habiles, & legitimè constituti comparere possunt, pures quoque litis consortes, quidam per procuratorem, reliqui in propriis personis adesse possunt. *ex Ord. lib. 3. tit. 7. & tit. 29. terminanter Krebs. d. sect. 11. §. 16.*

In iis quoque causis feriarum tempore abstrepitu Judiciorum quiescere oportet. *ex Ord. lib. 3. tit. 18. terminanter Krebs. d. sect. 11. §. 18.* Matutino, & non nocturno tempore procedendum, præbendaque audientia erit, quatenus negotium formam ferat præscriptam. *in Ord. lib. 3. tit. 19. Krebs. d. sect. 11. §. 19. & 20.*

Reus pro sua defensione ante litis veram contestationem exceptiones tum dilatorias, tum peremptorias proponere debet. *ex Ord. lib. 3. tit. 49. & 50. l. c. m. reconventionem uti poterit. ex Ord. lib. 3. tit. 33. Krebs. d. sect. 11. §. 28. 29. & 30. & vide infra ad §. 31.*

Subindè sequitur litis contestatio. *ex Ord. lib. 3. tit. 20. §. 5. & tit. 51.* Post hanc juramentum calumniæ, quod si actor præstare nolit, à causa cadit, si reus recusat, pro confesso, & convicto habendus, observata serie *Ord. lib. 3. tit. 43. Krebs. dict. sect. 11. §. 31.*

Quibus peractis reus negare, vel confiteri tenetur. *ex Ord. lib. 3. tit. 51.* si constet pro convicto habetur, & condemnandus venit, quia in confesum nullæ Judicis partes sunt, nisi in condemnando. *l. 1. ff. de confess. Ord. lib. 3. tit. 66. §. 9.* Sed à tali persona, quæ legitimam ætatem habeat, in Judicio esse possit, facta esse debet. *Bruneman. ad l. 6. ff. de confess. n. 8.* Liberè absque

omni

- omni vi, aut metu, ex certa scientia, sine ullo errore. *Bruneman. ad l. 2. ff. eod. tit.* Debetque versari circa eandem litem, seu rem in Judicio deductam, certamve quantitatem modo directo facta. *Bruneman. ad d. l. 6. n. 1. Ord. d. lib. 3. tit. 51.* Omnia comprobatur *Krebs. d. sect. 11. §. 32. & 33.*
- 34 Si verò reus actionem neget, tunc ad probationes deveniendum, ad quas peragendas, dilationes, seu temporis intercapedines, concedendæ erunt juxta modum præscriptum in *Ord. lib. 3. tit. 54.*
- 35 Oportet autem probationes concludentes esse, atque in causa, qua de agitur, relevantes, impertinentibus, ac irrelevantibus planè rejectis. *leg. 21. cod. de probat. & ibi. DD. Krebs. d. sect. 11. §. 34.* Quæ probationes per testes, vel per instrumenta, vel per sufficientes præsumptiones fieri possunt. *Krebs. d. sect. 11. §. 35.* Et hinc annotare oportet, quòd in partibus ultramarinis *Ord. lib. 3. tit. 59.* quatenus instrumentum publicum ad debita probanda requirit, ex praxi non servatur, & ita me de hac re certiore reddidere Magistratus, qui in illa Regione jurisdictionem exeruerunt.
- 38 Circa admittendos testes, examinandos ve, publicationem eorum, testationum probationem, ac fidem, instrumenta, & præsumptiones à jure disposita observanda veniunt. prout latè comprobatur *laudatus Krebs. d. sect. 11. à §. 35. ad §. 43.*
- 39 Si probationes non satis concludentes fuerint, juramento vel in litem, vel in probationis adjuvamen locus erit; observata *Ord. lib. 3. tit. 52.* & alijs circa id à jure decretis. *Krebs. d. sect. 11. §. 44.* Post hæc omnia Judex in sententia ferenda omni studio curare debet, ut justa, & æqua sit, observatis circa id à jure dispositis, sicut in appellatione admittenda: de quo, Deo dante, dicemus *ad §. 31.*

## §. XXVI.

**E**O Superintendente nomearà nas ditas Minas huma pessoa das mais principaes, e abonadas, que nellas assistirem, para ser Thesoureiro dos quintos, ou cousas, que nas ditas Minas se houverem de cobrar para à minha Fazenda, para que haverà hum livro da receita, e despesa, rubricado pelo dito Superintendente, em que se assentaraõ pelo Escrivaõ da Superintendencia todas as receitas, e despesas, que se fizerem, e o mesmo serà tambem Thesoureiro, do que se hade cobrar, para o sallario dos Ministros, e o dito Thesoureiro tera de ordenado tres mil cruzados, que lhe serà pagona mesma forma, e pelo mesmo rendimento, de que se manda pagar aos mais Ministros, e Officiaes, que assistem nas ditas Minas, e sendo caso, que as ditzimas das Datas naõ cheguem aos sallarios dos Ministros, e Officiaes referidos, se lhes per faraõ por minha Fazenda, e pelos quintos, que me pertençaõ.

## COMMENTARIUM.

## De Thesaurario.

## Ad §. XXVI.

## SUMMARIUM.

- 1 Thesaurarius fodinarum ex quibus eligendus?
- 2 Thesaurarium minus idoneum eligens ex suo tenetur.
- 3 Administrator, depositarius, & thesaurarius libros accepti, & expensi conficere, ac exhibere tenentur.

**N**omearà &c. Agitur hinc de thesaurario, seu publico depositario, quem Judex fodinarum ex divitibus probis, & summa fidelitate conspicuis eligere tenetur, prout hinc disponitur; & asserit interminis *Krebs. dict. clas. 3. sect. 9 §. 11. n. 2.* aliàs si minus idoneum

neum elegerit, ex proprio tenetur; uti cum alijs comprobatur. *Senat. Guerreir. tom. 1. in rub. 1. p. à n. 187. § lib. 4. cap. 10. à n. 70. § 85. Idem tom. 3. lib. 7. cap. 6. n. 7. quem & ab eo citatos in tract. 1. lib. 4. cap. 10. § tract. 4. lib. 6. cap. 11. per tot. consules, cum de quæstionibus circa thesaurarios sermo fuerit.*

3 *Hum libro- Quilibet administrator, depositarius, thesaurarius libros recepti, & expensi conficere, & exhibere tenetur. ex l. 4. cod. de susceptorib. lib. 10. ubi Perez. n. 1. l. 5. cod. de exact. tributor. probatur ex cap. 9. 10. 11. 12. § 13. Regim. rationum, & ex cap. sequent. hujus Regimin. cum multis Senat. Guerreir. tract. de rationib. lib. 4. cap. 11. num. 30. § 31. § d. tract. lib. 7. cap. 1. num. 32. probat interminis Krebs. d. clas. 3. sect. 4. §. 2. n. 3. § 3.*

§. XXVII.

**D**O livro, q̃ hade ter o Guardamôr para a repartiçãõ das Datas, parater cuidado de fazer cobrar tudo, o que importar assim a dita Data, que for repartida, para a minha fazenda pelo preço, em que for rematada, como adizima das mais Datas, pass. à para hum livro, que ter à o Thesoureiro Geral das Minas por receita, e lembrança todas as Datas, repartiçoens, que se fizerem com toda a clareza, e na forma, que no livro do Guardamôr se acharem escritas, e nas contas, que der o dito Thesoureiro se far à conferencia de ambos os livros para melhor justificaçãõ das ditas contas.

COMMENTARIUM.

De registro concessionum seu Datarum.

Ad §. XXVII.

SUMMARIUM.

1 Concessionum seu fodinarum Data in

catalogum redigi debent, ex quo registro utilitates afferuntur.

2 *Thesaurarius fodinarum, sicut & ceteri similes, administratoresque rationem reddere tenentur.*

**T** *Odas as Datas &c. Hoc etiam intellige de concessionibus metallariis concessis, quod in futurum multum utilitatis adferre poterit, prout notat Krebs. d. clas. 3. sect. 4. §. 2. n. 3. § seqq. ibi: Ut nullo tempore, nullique petenti locationem denegare fas sit, sed ut eam primo petitori pro minima quadam sportula, lubens concedat, mutuumque de eadem instrumentum, quid, in quo monte, quibus conditionibus, quo die, qua hora locatum sit, perfici, ac singulis septimanis in presentia juratorum, omnes contractus, & locationes, sicut & collectas, contributiones, dilationes, remissiones, cum omnibus suis circumstantiis in singulari libro per scriptorem distinctim annotari, & consignari curet, nil prorsus valituris omnibus iis absque tali consignatione negotiis, cujus verò consignationis, aut eam duntaxat inspiciendi copia, à scriptoribus haud facienda est partibus litigantibus absque præscitu, & consensu Montium Magistri..... In quibus ferè omnibus constitutio Hassiaca æmula est juris metallici Palatini de anno ..... quo jure insuper jubetur montium Magister, ut in instrumento locationis, quo magis evitentur confusiones, & rixæ, exprimat qualitatam fodinae locatæ..... item ut una vice, uno que locationis instrumento, non plures concedat fodinas.*

Et probat. §. 13. nostri Regim.

2 *Enas contas &c. Ecce generalis obligatio, cui omnes administratores, depositarii, & thesaurarii tenentur. Hess. de rationib. redd. loc. 10. à num. 66. Peg. in rub. Ord. lib. 2. tit. 51. glos. 1. à n. 1. cum multis Guerreir. de rationib. lib. 6. cap. 11. n. 5. § seqq. ubi latissime de hac materia, interminis Krebs. d. clas. 3. sect. 9. §. 21.*

k §. XXVIII.

## §. XXVIII.

**E** Porque o dito The soureiro não poderá assistir em todos os ribeiros, elle nomeará dois fieis, se parecerem precisos, para melhor expediente das cobranças, boa arrecadação da minha fazenda, e alivio das partes, e à cada hum se darão quinhentos cruzados pela forma acima ditos.

## COMMENTARIUM.

De coadjutoribus thesaurarii.

## Ad §. XXVIII.

## SUMMARIUM.

**I** Thesaurarius an pro coadjutoribus à se electis teneatur? Remissivè.

**I** **N**omeará dois fieis &c. An pro mala administratione à se electorum Thesaurarius eligens teneatur? Vid. *Bolet. de decoctorib. debit. fiscalib. tit. 1. quest. 15. n. 15. Golin. de procuratorib. 2. p. cap. 5. n. 2. Amaia in l. nullus. 60. cod. de Decurionib. lib. 11. n. 43. Cyriac. controvers. 519. Cancer. 3. var. cap. 12. n. 188. Gratian. cap. 395. num. 16. § 517. Giurb. cons. 35. Otter. de Officialib. 1. p. cap. 4. num. 18. § 19. Arouc. alleg. 107. n. 1. 2. § 3. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 51. in princip. n. 21. § 22. § ad lib. 1. tit. 56. n. 6. § 7. Guerreir. de inventar. lib. 4. cap. 10. à n. 85.*

## §. XXIX.

**E** Para a boa arrecadação dos quintos, que pertencerem à minha fazenda, todo o ouro, que sahir das ditas Minas, sahirá com registro, para o que o Superintendente terá hum livro por elle rubricado, e numerado, em que pelo seu Escrivão se fará termo com declaração da pessoa, que regista o ouro dos marcos, ou outavas, que regista da officina dos quintos, para onde o leva a quintar,

do dia, mez, e anno, em que faz o dito registro, o qual termo assinará o dito Superintendente com a tal pessoa, que vier a registrar o ouro, e do dito termo lhe dará o dito Superintendente huma guia por elle assinada dirigida para a officina dos quintos, que tiver declarado no dito termo, na qual hirá declarado o pezo do ouro, que leva, de que hade pagar os quintos, e as pessoas, que não registarem o dito ouro, que levarem das Minas, sendo achados sem quintar, ou registrar antes, ou depois de chegar às casas dos quintos, o perderão para à minha fazenda, e alem disso haverão as mais penas, em que encorrem, os que descaminhão os meus direitos; porèm succedendo, que algumas pessoas tenhaõ levado ouro das Minas sem guia, nem registro, não lhe tendo sido achado, o poderão manifestar em qualquer casa dos quintos, que tenho ordenado para às ditas Minas.

## COMMENTARIUM

De commisso.

## Ad §. XXIX.

## SUMMARIUM.

- 1 Aurum è fodinis extractum in cathalogum redigi debet.
- 2 Guia quid sit?
- 3 Solutio tributì per testes probari nequit.
- 4 De commissi pena DD. agentes referuntur.
- 5 Fraudantes jura Regalia citra commissi pœnam criminaliter animadvertuntur.
- 6 Ut commissi pœna locus sit, an realis apprehensio necessaria fiat?
- 7 Quid circa hypothese[m] nostri textus?

**S**ahirá com registro &c. Comprobatur ex doctrina ad simile tradita per *Laudatum Krebs. d. clas. 3. sect. 10. §. 2. n. 1. § 2. ibi. Ad Officinarum metallarum*

riarum leges porró spectat, ut metalla non cocantur, aut separentur, nisi specialiter facta per schedulas certo signo impressas licentia. - § ex Ord. lib. 2. tit. 34. §. 5.

2 *Huma guia* &c. Aliquando dicitur despacho, - & apud alios passaporte, de quib. l. 2. cod. de curios. & stationar. l. Judicib. cod. de cursorib. public. & latè Gonzal. ad Salzed. tract. de contraband. cap. 10. per tot. cum alijs Portugal de donat. Reg. 7. p. cap. 34. à n. 10. Peg. tom. 9. ad Ord. lib. 2. tit. 26. §. 20. n. 1. ubi ait, non sufficere per testes probare jura esse soluta.

4 *O per deraõ* &c. De hac commissi pæna plenissimè cum alijs agunt supra proximè citati, & *Pereir. de man. Reg. cap. 38. à n. 14.* & pereos relati, est que apud nos *Ord. lib. 2. d. tit. 34. §. 6.*

5 *E alem disso* &c. Defraudantes jura Regalia, ultra commissi pænam, criminaliter puniuntur. *ex l. eos. 27. §. quis. ff. ad l. cornel. de fals. cum alijs latè Farinac. de furt. q. 173. à n. 1. Portug. & ab eo relati d. cap. 34. n. 11. & 12. & ferè per tot. Peg. ubi supra; quos consules, cum de hac re casus occurrerit; & Ord. d. lib. 2. tit. 34. §. 5 ubi ait ibi: E o que os vender antes de serem marcados, ou em madre antes de fundidos, ou para fora do Reyno perder à a fazenda, e ser à de gradado dez annos para o Brasil - & per Regimen Regii Patrimonii. cap. 239. §. 36. & 37. sequentia decreta sunt - E qualquer mercador, ou pessoa que for, achando que traz pannos de Castilla para estes nossos Reynos por outro algum lugar, senão pelos portos limitados, ou posto, que pelos ditos portos entrem, não forem escritos, e dezembargados por nossos Officiaes para isso ordenados, e Rendeyros, e sellados dos sellos dos ditos portos, percaõ os ditos pannos, e bestas, em que os trouxerem, para Nòs, e sejaõ prezos atè nossa merce; e sendo os ditos mercadores, e pessoas de nossos Reynos, alem disso lhe seraõ escritos seus bens, e tomados para Nòs, e sendo os ditos pannos achados em*

algumas casas de montes, as ditas casas, e herdades, em que estiverem, se perderaõ para Nòs, e os donos das casas seraõ prezos atè nossa merce; as quaes casas, herdades, e cousas sobreditas seraõ logo entregues à nossos Almojarifes, e carregadas sobre elles em receita.

E os Almocreves, que os taes pannos assim em suas bestas levarem, não entrando pelos portos limitados, ou não os levando dezembargados por nossos Officiaes, e sellados de nosso sello, incorrerãõ em pena de perderem as bestas, e mais todas suas fazendas para Nòs, as quaes se arrecadarãõ na maneira sobredita: os quaes pannos sendo achados pelos Alcaydes das sacas, ou outras quaesquer pessoas, que o descubraõ, elles haverãõ a terça parte de tudo, o que assim acharem, e trouxerem à boa arrecadaçaõ, a qual determinaçaõ mandamos, que muy inteiramente se cumpra, e guarde como se nella contêm.

6 *Naõ lhe tendo sido achado* &c. Quæstio est apud DD. an ut commissi pæna locus sit, realis rerum apprehensio intervenire debeat, vel probatio sufficiat? de qua agunt *Peguer. decis. 55. per tot. Bart. in l. si Barsatoram. cod. de fidejussorib. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 4. à n. 5. Sccac. de Judic. lib. 1. cap. 78. à n. 2. Guazin. de defens. reor. defens. 5. cap. 8. à n. 1. & cap. 9. à num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 394. n. 84. Anton. Gomez in l. 45. Tauri. num. 48 Gam. decis. 172. ubi Flor. de Mena, Capic. latro. decis. 78. à n. 1. ubi Michael Angel. Guizzi. num. 1. Sanfelic. decis. 43. à n. 1. Gonçal. de Salzed. de contraband. cap. 5. à num. 12. cum seqq. Portug. d. cap. 34. 3. p. n. 13. Pereir. de man. Reg. d. cap. 38. n. 17. Portug. d. cap. 34. n. 13. qui omnes in varias abiere sententias; sed pro concordia placet votum ejusdem Portug. d. n. 13. ibi - In qua dubitatione semper habui pro certo verba legis, vel statuti esse attendēda. Ita ut si in eo prohibitum sit exportari merces extra Regnum, vel in illud introduci, simpliciter nulla requiratur apprehensio,*

sio, sufficiatque probatio: præsertim quando lege cavetur, quòd contra extrahentes per inquisitionem procedatur; ut interminis Ordinat. lib. 5. tit. 115. §. 2. 5. Attamen si lex disposuerit contra extrahentes inventus cum mercibus, tunc necessaria sit apprehensio, & non sufficiat probatio.

7 Quænam ex iis resolutionibus sequenda sit circa nostri §. dispositionem, scire nos oportet; at ego mentem meam ad benigniorem partem præferens, teneo necessariam esse realem apprehensionem, nixus verbis nostri met. §. ibi- Sendo achados- & ibi- Naõ lhe tendo sido achado-, quæ verba cohærent cum doctrina Portug. supra relata à vers. at-amen.

### §. XXX.

**E** Porque a experiencia tem mostrado, que o Governador do Rio de Janeiro com a assistencia das Minas falta necessariamente, ào que deve fazer na Cidade de S. Sebastião, da qual senão deve apartar, sem occasião, que importe mais à meu serviço, lhe ordeno, que naõ possa hir às ditas Minas, sem especial ordem minha, assim elle, como os mais, que lhe succederem, salvo por hum accidentetal, que naõ possa esperar, e que se lha daria em culpa se à ellas cõ promptidaõ naõ accudisse.

### COMMENTARIUM.

De mandato custodiendo, & quando ab eo recedi possit, ac debeat?

### Ad §. XXX.

### S U M M A R I U M.

- 1 Extra commissam sibi Provinciam Judex abesse non debet.
- 2 Jussus, mandatum, obligatio, patetum, omnisque promissio tacitam conditionem, scilicet, rebus sic stantibus, habet.

- 3 Promissor excusatur, si vis Divina, vel magna, maior vè casus superveniat.
- 4 Donatio ob filios supervenientes revocatur.
- 5 Et ob gravissimam inimicitiam.
- 6 Locatio ad annos facta, servanda non est, si postea locator ipsa re indigeat; & exemplum affertur. n. 7.
- 8 Forma mandati virtualiter comprehensa non excludit.
- 9 Mandatum ad ea, quæ mandans interrogatus responsurus, extenditur. & n. 23.
- 10 Exemplum de remissione debiti à mandatario facta affertur.
- 11 Aliud exemplum de solvente literas cambii absque protestu affertur. & nn. seqq.
- 12 Modi literas cambii solvendi afferuntur.
- 13 Contra proximum in materia assertam invehitur. & n. 17.
- 14 Literarum cambii quædam species notantur. & nn. seqq.
- 15 Solvens pro alio, adversus eum actionem acquirit.
- 16 Limitatur.
- 17 Quare consuetudines mercatorum observanda sint?
- 18 Alienacum jactura nemo locuples esse debet.
- 19 Aliquando fines mandati non excedere delictum est.
- 20 Declarantur proxima.
- 21 Principis commissarius, jussu illius aliquando transgredi potest.
- 22 Aliquando obedire crimen erit.

**S** E naõ deve apartar &c. Extra Provinciam sibi commissam Judices vagari, vel abesse non possunt. l. illud. ff. offic. Præsid. l. 3. eod. tit. Ord. lib. 1. tit. 58. ubi Peg glos. 57. Bobadilh. in politic. lib. 2. cap. 9. Senat. Ribeir. relat. 1. n. 62. & 94.

Salvo por hum caso tal &c. Ecce prædictorum admirabilis limitatio, siquidem rationi, & juri convenit; omne namque



namque pactum, omnisque promissio, obligatio, mandatum, & jussus intelligitur sub conditione, rebus sic stantibus. *Cicer. Officiorum lib. 1. Senec. lib. 4. de Benefic. c. 35. Grot. de jur. belli, ac pacis. lib. 1. cap. 16. §. 25. Augustin. Leyser. ad pandect. sub tit. de pact. specim. 40. meditat. 4. & ad tit. ff. mandat. specim. 180. medit. 3.*

3 Unde promissor à præstando commissio excusatur, si vis Divina, vel magna, maior vè casus, cui humana resistere non potest imbecillitas, interveniat. *l. 24. §. 4. ff. de damn. infect. l. 2. de pericul. & commod. rei vendit. l. 1. §. 4. de obligat. & actionib. Leyser. d. specim. 40. medit. 4.*

4 Igitur donator ob liberos postea natos donationem implere non tenetur. *l. 8. cod. de revocand. donat.*

5 Sicut ob gravissimam inimicitiam intervenientem. *l. 10. cod. eod. tit. Ord.*

6 *lib. 4. tit. 63.* Ita locatio ad aliquos annos facta servanda non est, si tempore nondum elapso locator ipsa re indigere incipiat. *l. 3. cod. de locat. Ord. lib. 4. tit. 24*

7 Ex quo provenit, quòd ille, qui habens binas ædes, unam ex iis genero in dotem promisit, ad traditionem non teneatur, si ædes, in quibus habitabat, postea incendio amisit, consuluit, & judicatum refert *idem Leyser. d. specim. 40. medit. 4.*

8 Ideò licet mandatarius, vel procurator fines excedere non possit, hoc non ita amarè procedit, quin ad comprehensa virtualiter potestatem porrigere nequeat, cum mandatum extendatur ad ea, quæ mandans si interrogatus esset mandaturus verisimiliter esset. *Rot. Genuens. decis. 8. n. 5. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 15. n. 25. Cephall. cons. 768. n. 28. cum alijs Senat. Guerreir. de rationib. lib. 6. cap. 2. à n. 34. Leyser. ad tit. ff. mandat. d. specim. 180. medit. 3.* ubi affert

9 exemplum dignum, quod hìc Ego in  
10 lucem prodam, ejus verbis utens: *Pirrhus Hectori Lipsiam ituro mandat, ut à Marco debitore sui aliquot millia exi-*

*gat, Hectore Lipsiam veniens Marcum obæratum, & mòx foro cessurum, igitur concursum creditorum imminere, animadvertit. Urget tamen secretò Marcum atque ab eo non quidè pecuniam, ut jussus erat, quum eam Marcus non haberet, sed merces in solutum, & ducenta circiter in moneta reprobata..... extorquet. Pirrhus eum fines mandati excessisse ait, & in judicio convenit. Sed absolventur Hectorem Juriscons. Vitembergenses, & Pirrhum, ut rata haberet, quæ Hectore gesserat, condemnarunt. Egerat quidem sine dubio contra mandatum Hectore. Sed prudentia, ut sic ageret, suadebat. Præstabat quippe, numos reprobos, & viliores merces, quam, excitato concursu nihil aut post aliquot annorum moram partem accipere. Itaque verisimile erat, Pirrhum præsentem id ipsum facturum fuisse.*

Puto etiam aliquid jucunditatis II  
adferre posse, si in lucem casum mihi obvium proponam, quem crebrò in praxi evenire posse, tu quoque haud diffiteberis; cujus hypothesis est, scilicet, literis cambii ex una ad aliam Provinciam missis, ille, cui directæ sunt literæ, eas acceptare, ac solvere recusat, ex quo quæstio prodit, àn tertius eas acceptare, ac solvere in scribentis honorem possit, sibi actionem contra ipsum scribentem acquirens, absque eo, quòd protestatio circa literarum non acceptationem, & solutionem non factam, in foro præconiis datis, juxta praxim forensi usu receptam, confecta sit?

Quæ quidè quæstio admodum controversa fuit, cum hìnc inde super consuetudine examinatis, inter se, ut solet, contrarii extitissent, eosque actionem solventi, seu regressum denegantes fides, seu testatio ex congressu hominum negotiationis emanata, vulgò *attestação da Mesa dos homens de negocio*, ad juvasset.

Attamen Ego scribens in causa ad 12  
tertiū solventis favorem, contrarium  
verius

verius esse, non confusè, sed sub distinctione firmo pede asserui, animadvertens primò, aliud esse solvere literas super protestum (ut ita cum DD. loquar) aliud liberè, & absque protestu; quibus terminis uti dividuis, ac distinctis utuntur *Add. ad. Focob. Dupuy de arte literarum cambii. cap. 9. lit. P. ibi- Qui vult solvere liberè.....volentibus solvere supra protestum- Sigismund. Scacc. de commerc. §. 2. glos. 5. n. 384. ibi- Solutio dicitur facta liberè, & non supra protestum, §. n. 389 ibi- Qui vult solvere liberè- volentibus solvere supra protestum-*

13 Unde si literæ absque protestatione liberè solvi aliquando possint, cæca, & à juris tramite in via praxis, ac consuetudo erat illa, cujusvi testes, & fides à negotii congressu data regressum solventi contra scribentem absolutè negabant.

14 De inde advertendum duxi, quòd inter alias literarum cambii species quoad intentum, binas esse notatu dignas, unam, scilicet, quando scribens literas ad debitorem suum dirigit, vel ad quemlibet alium, quibus ipse mittens oblitus, vel ad solvendum, vel in computum ferendum mansurus erit; alteram verò quando ipsemet mittens literas scribit ad aliquem, diversam tamen ei delegans personam, quæ pro solutione facta ab acceptante huic adstricta manebit, v.g. Paulus scribit ad Petrum, ut certum quid solvat, ei mandans, ut de soluto Antonium oneret.

15 Horum primo in casu quilibet tertius in defectum illius, cui literæ directæ erant, nulla protestatione interveniente, solvere poterit in scribentis honorem, contra quem solventi actio acquiritur, cum negotium utiliter gestum esse dicatur. *Rot. Genuens. decis. 6. Menoch. cons. 296. n. 24. cum alijs Sigismund. Scacc. d. §. 2. glos. 5. n. 357. ubi cum Rot. Genuens. decis. 32. in fin. princip. asserit hunc esse stylum, & mercatoriam consuetudinem; & ratio est, quia tertius iste solvendo scribentis debi-*

tum, eum liberat à creditore, & ab interesse, & illius præservat honorem, & creditum, si quidem si non solveret, literæ protestatæ redirent cum ejus verecundia, & damno, prout considerat *Rot. Genuens. decis. 19. n. 4. & d. decis. 6. n. 7. consequenterque solvendo negotiorum gestor effectus Rot. Genuens. decis. 3. actionem acquirit ut repetat. ex l. cum pecuniam. 45. ff. de negot. gest. & ita concludit Sigismund. Scacc. d. glos. 5. n. 365. Quo etiam in casu mandati fines excedi dici nequit. Idem Scacc. d. glos. 5. n. 366. & 367.*

In secundo verò casu aliter res erit, diversi enim termini, diversa verò ratio concurrat sufficiens, ut alia dispositio observanda veniat, siquidem tunc scribens ipse pro solvendo non vult, se adstrictum manere, sed personam, quam delegat; quo in eventu, si ipse met obligandus etiam scribat, seu consentiat, delegatio erit; si verò ejus consensus non interveniat, cessio erit, hic que est ordo in hac secunda literarum specie datus, qui observatus intelligitur, si acceptaturus literas, vel quilibet alius, illo renitente, tertius absque protestu solvat; unde ne mandatum sic simpliciter datum, ita acceptatum fuisse objiciatur, protestatio necessaria fit, tum ipsiusmet, ad quem diriguntur literæ, respectu, tum tertii solventis, qui etiam simpliciter solvens, illam exceptionem, nempe - tu juxta formam mandati in literis præscriptam solvisti pati debet, qua propter ut in hujusmodi hypothese solvens regressum adversus scribentem habeat, protestationem intervenire necesse est. *Sigismund. Scacc. d. §. 2. glos. 5. à n. 359. Sed hæc factis mihi obvio convenire non poterant, hujus namque species primæ distinctionis membro similis erat.*

Ex quibus jam ad illos contrarios testes concordia apparet, fidesque illa ex congressu negotiationis hominum sub hac distinctione intelligenda venit, alias observanda non erit, licet namque

com-

communi DD. calculo receptum sit, stylos, ac consuetudines inter mercatores, & negotiatores receptos observandos fore, hoc procedit ex bono, & æquo, & non subtilitatibus servatis; sed quia non æquum, sed iniquum foret, hunc tertio solventem, actione adversus literas mittentem carere, scribens  
 18 que cum aliena jactura locupletaretur, contra regul. *l. nam hoc natura. ff. condit. in debiti. l. naturaliter. §. final. l. hæc conditio. ff. eodem tit. l. bona fides. 50. ff. de act. empt. l. jure natura. 206. ff. de regul. juris*; ergo ita confusè, & absolute, & absque ulla distinctione consuetudo illa ut iniqua observatu digna non erat; quibus, & alijs vulgariter apud DD. animadversis, ita in favorem tertii à me defensi judicatum fuisse testor.

19 Quare in hujusmodi eventibus tantum abest, ut fines mandati excedantur, & mandatarius delinquat, ut potius peccet, mandati fines superstitionis observando, cæcum enim injussum ad literam exequendis obsequium crimen est. *Leys. d. medit. 3. §. ad tit. ff. quod jussu. specim. 168. medit. 8. & probat noster §. in verb. - E que se lhe daria em culpa, se à ellas com promptidaõ naõ accudisse*; Sed hæc temperamentum respiciunt, scilicet, nisi mandans aperte pressè tulerit, velle se absolute, ut forma mandati fervetur. *l. 46. ff. mandati. Leys. d. medit. 8.*

21 Quapropter commissarius Principis rectè facit aliquando aliud faciendo, quàm quod Princeps jusserat, si id, scilicet, velle Principem certis conjecturis prospexit, obedientia enim in cive, & Ministro crimen esse potest, cum is, scilicet, jussa Principis cæca superstitione ad literam, sed intempestive, & contra utilitatem jubentis exsequitur; tales quippè in expeditione negotii incidunt circumstantiæ, quas jubens non prævidit, & quæ tamen faciem rerum prorsus mutant, & ut agendi ratio quoque sit mutanda, efficiunt,

quòd si ergo tum Minister, neglectis prudentia legibus, pressè verba mandati sequitur, peccat profectò contra commoda, & voluntatem etiam Principis, qui si ea, quæ deinde acciderunt, cogitatione præcepisset, diversum proculdubio mandaturus fuisset, inest enim tacitè hæc potestas cuilibet mandato, ut ejus fines excedi possint, si hoc mandanti expediri manifestum videatur, ut optimè *Leys. d. medit. 8.* ubi exempla profert; sed sufficiat pronunc, quod nobis præstat Princeps in præsentem text. vers. - *Salvo &c.*

§. XXXI.

**O** Superintendente terà toda a jurisdição ordinaria civil, e crime dentro dos limites destas Minas, que pelas minhas leys, e Regimentos he dada aos Juizes de fora, e Ouvidores Gerais das Comarcas do Brasil naquillo, em que se lhe poder accommodar, e a mesma alçada, que aos ditos Ouvidores he outorgada; e naõ obstante, que a naõ ha nos pleitos da minha fazenda, havendo respeito à distancia das Minas a terà nelles at he cem milreis, e nos que excederem a sua alçada dar à appellação, e agravo para a Rellação da Bahia nos casos, em que couberem.

COMMENTARIUM.

De Judicis fodinarum jurisdictione, & de alijs, prout in Summario.

Ad §. XXXI.

SUMMARIUM.

- 1 Judex metallariorum, vel ratione cause, vel ex persona rei competens esse debet.
- 2 Judex fodinarum de re metallica tantum cognoscere valet.
- 3 Sed apud Nos aliter se res habet, cum territorium ei assignatum sit.

- 4 De rixis inter metallarios cognoscere potest.
- 5 De quæstionibusque circa fines, & mensurationes fodinarum.
- 6 Et de spoliis.
- 7 Et de litibus, ac dubiis circa subhastationes de concessionibus Regi pertinentibus factas.
- 8 Et de litibus circa Datarum amissionem.
- 9 Et circa operariorum mercedes.
- 10 Et circa aquas evertendas, vel ducendas ad fodinas.
- 11 Per viam reconventionis Judex etiam cognoscere de aliis potest.
- 12 Et tandem de omnibus quæstionibus inter metallarios, & in suo territorio degentes motis.
- 13 Auro, argento ve legato, quid veniat?
- 14 An pecunia numerata comprehendatur?
- 15 An supplectillis veniat?
- 16 Species ex argento, auro vè factæ quot sint?
- 17 Quæ ex argento fiant?
- 18 Quæ personæ ornamentis aureis uti possint?
- 19 De annulis aliqua afferuntur. & n. 20.
- 21 De annulo Episcopali?
- 22 Quæ instrumenta, ac vasa ex auro, & argento confici debeant?
- 23 Ubi captum Judicium est, ibi terminari debet, & aliud advocari non potest nisi per viam appellationis.

1 **T** Erà toda a jurisdicção &c. Jam supra ad §. 25. dixi, ac ostendi, Judicem inter metallarios competentem esse debere, vel ex personæ rei, vel ex causa; & licet Krebs. d. clas. 3. sect. 11. §. 9. asserat, causam in Judicium metallicum nullam aliam deduci posse, quàm quæ de re metallica sit; attamen in nostris fodinis aliter dicendum erit, earum namque Judex territorium habet, & intra illud concessam jurisdictionem, ut constat ex nostro text. ibi- Dentro

dos limites destas Minas. Igitur competens erit tum ratione personarum, ibi degentium, tum ratione rei metallicæ.

Quapropter operæ pretium erit hic causas, quæ inter metallarios moveri possunt, in unum fasciculum cumulare, primò igitur de rixis inter metallicos subortis Judex noster cognoscere valet. ex §. 1. nostri Regim. ubi latè dixi. tenet Krebs. d. sect. 11. §. 3. n. 3. & 4.

Secundò, lites, quæ ratione finium, ac mensurationis fodinarum contingunt, ad nostrum Judicem spectant, de quibus etiam Urbarius, seu Custos mayor cognitionem habere potest. ex §. 3. nostri Regim. ubi dixi. Krebs. d. sect. 11. §. 3. à n. 5.

Tertiò, lites circa spolia commissa in fodinarum materia, vel alia inter metallicos sui territorii. §. 4. nostri Regim. Krebs. d. sect. 11. §. 3. n. 6.

Quartò, lites, ac dubia circa subhastationes factas de Datis Regio patrimonio reservatis, & circa collusiones ad id committas, & alia de quibus in §. 22. Krebs. d. sect. 11. §. 3. n. 4.

Quintò, lites circa fodinarum, & Datarum amissionem, vel ex defectu culturæ, vel ratione prohibita alienationis, de quibus. §. 8. & §. 11. nostri Regim. ubi dixi.

Sextò, lites circa mercedes operariorum, & opificum, ad nostrum Judicem pertinent. Krebs. d. sect. 11. §. 16. num. 3.

Septimò, lites circa avertendas è fodinis aquas, & earum aqueductus Krebs. d. sect. 11. §. 16. n. 3. & infra dicemus in Decreto super aquis stabilito.

Octavò, ratione prorogationis circa quæstiones per viam reconventionis motas, Judex noster cognoscere poterit. ex l. 22. ff. de Jud. l. 11. §. 1. ff. de jurisd. l. 14. cod. de sent. & interlocutor. omn. Judic. Ord. lib. 3. tit. 33. per tot. Krebs. d. sect. 11. §. 30.

Denique de omnibus inter suos subditos quæstionibus, ac super re metallica, & ad eam connexis, sicut in hoc

hoc Regimine dispositum est, cognoscere poterit, & jurisdictionem habet, prout constat ex nostro text. ibi- *Toda a jurisdicaõ ordinaria, civil, e crime &c.*

- 13 Post hæc ad injucunditatem abire haud puto, si de auro, argento tum in genere, tum de quibusdã ex inde in specie redactis sermo brevis instituat, scilicet, auro, argento vè simpliciter legato, omne aurũ, argẽtũ vè venit, quod tempore facti testamenti esset. *l. 7. l. 19. l. 40. ff. auro argento legato. ubi Colleg. Argentoratens. Thes. 2. n. 1. l. 78. §. 4. ff. de legat. 3. Krebs. d. clas. 3. sect. 14. §. 1. n. 3.*
- 14 pecunia tamen numerata, seu signata in legato non venit. *d. l. 19. in fin. princip. l. 27. §. ultim. ff. eod. tit. de aur. argent. legat. & ibi colleg. d. num. 1. Krebs. sect. 14. class. 3. §. 1. n. 4. nisi aliud de voluntate testatoris compertus fuerit. d. l. 27. §. 1. §. 4. eod. tit. de aur. argent. ibid. Colleg. d. Thes. 2. Krebs. d. sect. 14. n. 5.* Excipitur etiam aurum illud, quod est supellectilis. *d. l. 19. §. 8. Krebs. d. §. 1. & tandem quid veniat, vel non, sub auri legato? Vide. tot. tit. ff. de aur. argent. legat. & ibid. Collegium Argentoratens. Krebs. d. §. 1. §. 2. cum sequentibus. Menoch. de presumpt. lib. 4. præsumpt. 162.*
- 16 Species argenti factæ in laxiori significato intellecti, variæ sunt, veluti argentum signatum, seu pecunia, aut numus, uti probat *Sacra pagin. Fos. cap. 7. vers. 21. Judicum. cap. 9. vers. 4. §. cap. 17. vers. 2. 3. §. 4. 1. Samuel. cap. 9. vers. 8. cap. 17. vers. 5. §. 7. §. 2. Samuel. cap. 18. vers. 11. §. 12. cap. 24. vers. 24. 1. Reg. cap. 16. vers. 4. cap. 20. vers. 39. §. Reg. cap. 5. vers. 5. 22. §. 23. l. 28. ff. de usufr. l. 27. §. 21. ff. ad leg. Aquil. l. 27. §. 4. ff. de aur. argent. legat. l. 16. §. 9. ff. de pæn. l. 9. ff. ad leg. Cornel. de fals. l. 12. cod. de excusat. muner. Covarr. tract. de veter. numismat. Molin. tract. de usur. à n. 686. Gail. lib. 2. observat. 73. Coras. lib. miscell. cap. 12. n. 5. §. lib. 3. cap. 13. per tot. cum alijs Krebs. d. sect. 14. §. 3.*
- 17 Ex auro, vel argento fiunt men-

sæ, lecti, supellex, varia argentea. *l. 3. §. tot. titulus ff. de Supellect. legat. l. 19. §. 12. l. 21. in princip. §. 2. l. 32. §. 2. leg. 36. ff. de aur. argent. legat. Vasa escaria, & potoria argentea d. leg. 3. §. tot. ff. de Supellect. legat. & alia jura citat. Instrumenta coccinatoria. d. l. 19. §. 12. ff. aur. arg. legat. variæ res argenteæ voluptatis gratia parata. leg. 28. ff. eod. tit. Ornamenta veluti monilia in aures, armillæ, aureæ catenæ, viriolæ, & annuli. *l. 25. 10. ff. eod. tit. mundus mulieris, v. g. specula matulæ, vasa unguentaria. d. §. 10. argentum balneare. l. 32. §. 7. eod. tit. de quo plura. Colleg. Argentoratens. ad eund. tit. Thes. 9. & seqq.**

Quæ personæ ornamentis aureis, 18 argenti vè, uti possint, vel non? Vide *leg. 100. de verbor. signific. l. 1. 2. §. 4. cod. de vestib. holobar. lib. 11. & ibi Perez l. unic. cod. nullis licere in frenis &c. cap. 15. de vita, & honestat. Clericor. Krebs. d. sect. 11. §. 5.*

Annuli alij sunt signatorii. *l. 25. §. 19 10. ff. auro argento legato, quorum usus antiquissimus fuit 1. Reg. cap. 21. vers. 8. quatenus iidem in juris considerationem veniant. Vid. d. leg. 25. §. 10. tot. tit. cod. de excusat. artific. §. 3. §. 5. Instit. de testament. Ordinand. l. 21. cod. de testament. leg. 22. & ferè tot. tit. ff. qui testament. facere possunt. l. 4. & seq. ff. quemad modum testament. apperiantur, cap. 14. de excess. Prælator. tot. tit. cod. ut dign. ord. servet. l. unic. cod. de mut. nomin. cap. 10. extra de fid. instrument. cap. fin. dist. 97. cap. 2. de offic. Ordin. in 6. Robert. Marant in specul. aur. p. 6. de fid. instrument. n. 40. Idem in singul. ac jur. notabilit. liter. N. vers. Notarius. Gail. de pac. public. lib. 1. cap. 15. à n. 13. & alios apud Krebs. d. sect. 11. §. 6.*

De annulis, qui arrhæ nomine in 20 sponsalibus dantur. Vid. *cap. 11. extra de præsumpt. Covarr. de sponsalib. 2. p. cap. 3. §. 7. n. 6. §. 7. Beust. in tract. de connubialib. p. 1. §. 5. 6. §. 67. Krebs. d. sect. 14. §. 7. Abb. in cap. final. de spons. impuber.*

num. 7. & 8. Mascard. de probat. conclus. 1024. à n. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 2. n. 1. & 4. Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 2. n. 1. & 3. Leuren. in jus canonic. sub. tit. de sponsalib. q. 16.

21 De annulo Episcopali, ejus significatione, quo in digito gestando? Vidend. Franze de origin. & progress. feud. Thes. 14. in fin. Peg. & ab eo citat. de competent. 1. p. cap. 25. per tot.

22 De auro, argento vè, confici debet Calix, & Patena, quibus in Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini nostri Jesus Christi utitur; quia lignea vasa contra Ecclesiæ decus pugnant, vinum absorbent, & ob rancidum sæpè odorem vomitum provocare solent, sicut nec vitrea vasa, propter fragilitatem admittenda sunt. cap. 44. de consecrat. dist. 1. cap. ultim. extra de celebrat. Missar. & utrobique DD. Satis hæc in hac re dixisse sufficiat, parceque lector, si me in longum vagari arbitratus fuerit.

23 Darà appellaçãõ, e agravo &c. Quæ causæ coram hoc nostro Judice fodinarum cæptæ fuerint, ibi terminari debent, nec ad aliud Judicium advocari fas est, nisi per viam appellationis, ad quam deveniendum non est, nisi prius prima instantia, ejusque ordo finem suum acceperit. argument. text. in l. ubi cæptum est. ff. de Judiciis, & ibi DD. ex quo præsentis §. dispositio provenit.

### §. XXXII.

**E** Porque o Superintendente das Minas com a experiencia da assistencia dellas poerã achar, que neste Regimento faltaõ algumas cousas, que sejaõ convenientes à boa arrecadaçaõ de minha fazenda, e administraçaõ della, darã conta, do que lhe parecer se deve accrescentar ao Regimento, como tambem a darã, se achar, que alguns Capitulos delle podem ser inconvenientes, e quando totalmente a execuçaõ delles seja prejudicial ao fim que se pertende, me darã conta suspendendo a mesma execuçaõ.

## COMMENTARIUM.

De Legis vi, ejusque abrogatione.

Ad §. XXXII.

### SUMMARIUM.

- 1 *Experientia quid sit, unde dicta, in quo ab arte distet?*
- 2 *Rerum omnium magistra est.*
- 3 *Omnibus Sapientior est.*
- 4 *Legis objectum justum, & æquum esse debet.*
- 5 *Legis ratione, ac fine cessante, an lex ipsa cesset? & seqq.*
- 7 *Lex, dura licet, servanda est.*
- 8 *Limitatur proxima assertio.*
- 9 *Dum supplicatio a lege pendet, ipsa lex suspendi potest.*
- 10 *Soli legislatori jus abrogandi legem competit.*

**C** Omnia experientia &c. Experientia à peritia derivata, est cognitio quædam, nullo docente, per usum contingens, & in hoc distat ab arte, quæ certis traditur præceptis, homines prudentes, ac peritos reddit, quo sensu accipitur illud Horat. l. 1. Epistol. 17. ad Scævam.

Aut decus, & pretium rellè petit experiens vir. Omnium magistra vocatur à Tacit. lib. 15. annual. & secundum ipsum omnibus sapientior est; prout refert. Stob. serm. 27. ideó qui expertus non est, pauca recognoscit. Ecclesiastic. cap. 34. vers. 9. Confessus est Plin. Epistol. 110. ibi. Quòd mihi cognitum est, non fama, qua alioquin optima, & meritiissima fruitur, sed longis, magnisque experimentis: quibus à Legislatore animadversis, optimè ipse in præsentis §. omnia huic Regimini decreta experientia censuræ subjecit.

Ut lex subsistat, materia, seu objectum justum, & æquum, rationique conforme dari debet, circa quòd lex ipsa præcipiendo, prohibendo, aut permit-

permittendo versari debeat. *Leuren. in jus canonic. sub tit. de const. q. 75. & 76.*

5 Si igitur legis ratio, seu finis ablit, legem quoque deficere necesse est. *Soar. de leg. lib. 6. cap. 9. n. 1. juncto. n. 10. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 16. q. 15. Castr. Palau. tract. 3. disp. 5. p. 1. n. 4. Leuren. in*  
 6 *d. tit. de const. 9. 236.* Quod intelligitur, cessante tota causa finali, secus si in aliquo casu speciali, in quo adhuc lex viget, & non cessat. *Soar. d. lib. 6. cap. 7. à num. 5. & cap. 8. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 3. n. 39. Bonacin. de leg. disp. 1. q. 1. p. ult. §. 2. num. 2. Caietan. tom. 1. opusculor. tract. 12. de matrim. cap. 1. 17. n. 2. Navarr. in Summ. cap. 16. num. 37. cum alijs Idem Leuren. ubi sup. q. 239. de quibus videndi sunt præter supra citatos. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. n. 4. Barbof. in l. 1. p. 1. n. 83. & 8 ff. solut. matrim. Cov. de matrim. cap. 6. §. 9. n. 17. Dian. tom. 6. tract. 1. resolut. 70. & seqq. Fermos. in cap. 3. de constit. quæst. 3. Jul. Capon. discept. 81. tom. 2. Vela dissert. 37. à n. 58. quibus ductus Legislator noster in præsentiarum jubet, quòd sibi rescribatur, ipse que consulatur de iis, quæ circa fodinas disponenda in melius essent, vel quæ ex dispositis per Regimen hoc deroganda forent.*

7 *Suspendendo a mesma execuçaõ &c.* Lex licet dura servanda est. *l. prospexit. ff. qui, & à quib.* Plura tamen in jure exempla passim obvia sunt, in quibus,

si lex dura, vel irrationabilis sit, subditis facultas conceditur, ut ipsi Legislatori supplicationem porrigant. *l. 1. §. fin. ff. de quæstionib. l. moris. 9. §. ista ferè. l. Divi fratres. 27. ff. de pen.*

Et dum supplicatio pendet, posse 9 subditos agere, ac si lex non esset, ejus executione suspensa. *tenent. Bonacin. d. disp. 1. punct. 4. n. 41. Salas de leg. disp. 18. sect. 4. n. 41. Rodrig. quæst. regul. tom. 4. q. 6. n. 7. Salon. de constit. tom. 2. de censib. disp. 4. conclus. ultim. Leuren. ad d. tit. de constit. quæst. 46. n. 3. & probat Regim. nostrum præsens.*

Ex quo, probatur, quòd ipsimet 10 Legislatori jus abrogandi legem competit, illius quippè est abrogare, cujus est condere. *l. si imperialis. cod. de legib. Peg. tom. 4. ad Ord. lib. 1. tit. 48. §. 6. glos. 8. n. 6. constatque ex nostro text.*

### §. XXXIII.

**E** Este Regimento hey por bem, e mando se cumpra, e guarde inteiramente, como nelle se conthêm, sem duvida, nem em bargo algum, e quero, que valha, posto que seu effeito haja de durar mais de hum anno, e de naõ passar pela Chancelaria, sem em bargo da Ord. lib. 2. tit. 39. & 40. em contrario. Manoel Gomes da Silva o fez em Lisboa a 19. de Abril de mil e settecentos e dois. O Secretario Andre Lopes da Lavra o fez escrever.

# REY.

O Conde de Alvor Presidente.

**R** Egimento, de que hade uzar o Superintendente, Guardamôr, e mais Officiaes deputados para às Minas do Ouro, que ha nos Sertoens do Estado do Brasil, que naõ passa pela Chancelaria.

